

EXII SYMMACHI MAZOCCHI

Canonici Neapolitani , & Regii  
S. Script. Interpretis

AB AMPLISSIMVM VIRVM

BERNARDVM TANVCCIVM

REGIS NOSTRI

A S E C R E T I S

E P I S T O L A

Qua ad XXX. virorum clarissimorum de  
dedicatione sub astia commentationes  
integrae recensentur.

sibus idem Mazochius annotationes adspersit,  
curasque posteriores adjunxit.



N E A P O L I

Felix Carolus Musca excudit

An. CCCLXXXVIII.

Superiorum Permissu .

CONIVGI RARISSIMI EXEM  
PLI MEI Q. AMAN TISS. QVAI  
VIX. MECVM. ANN XXIII. DXV.  
SINE VLLA ANIMI LAESIONE  
IVL. MARCIANVS DEC. CC. C. L.  
AVG. LVG. E QFVNG:  
VIVVS SIBI  
POSTERISQ SVIS. P. C.



ET SVB ASCIA DEDICAVIT

AMPLISSIMO VIRO  
BERNARDO TANVCCIO  
REGIS CAROLI  
A SECRETIS

*Aleth. Sym. Mazocbius.*



Vm multus upique de Te, TANVCCIO Amplissime, in civitate sermo increbuit; tuam justitiam, abstinentiam, dexteritatem, virtutes alias depraedicantium; tum ille in ore omnium, scilicet disceptantium. Tu ne plus litteris, quā illae Tibi debeant. Quia in disceptatione ad illam me partem soleo adjungere, quae tueatur hoc alterum. Nam et si p̄aeclara ista tua gerendae reip. ratio magnam partem est a philosophia interioribusque litteris hausta; tamen est quoque divino ingenio tuo acrique judicio longe plus tribuenda; sine quibus neque tot beconditiae disciplinae tam cito in tuo solo comprehendissent, neque porro p̄aeclaros illos fructus de se tulissent. At artes universae quantum se Tibi devictas profiteantur, arguento illud est, quod ex quo hec summo apud Regem potentissimum loco consedisti, longe est jam alia litterarum hodie facies; non, ut pridem, illa quidem incultior acque horridior, sed nitens & multo quam umquam alias liberalior. Tanti profecto est ad praefecturas dignitates, que ceteras (quae tua est apud Regem sapientissimum auctoritas & gratia) disciplinarum cultores prae ceteris promoveri: per Te vero, honorem haberi litteris, qui maximus potest. Tanti est teatricē hoc universos, Te quamvis curarum gravissimarum falsas gravatum; tamen somno ceteraque corporis cunctationi horas detrahens plurimas, quas in rerum pulcherrima-

A 2

rum

sum cognitione ~~complementacione~~ impendas: ut jam pro iner-  
tissimis habeantur, quae sunt, qui suas nescio quas occupatio-  
nes caulantur, quomodo vacare Musis possint. Itaque non  
tantum qui in hac civitate doctrinas impensis colunt; sed &  
exteri de tuo sinu sunt, & in tua sub amicitia mirifice pla-  
cent: nec desunt qui lucubrations suas sub tuo apparere no-  
mine pensi habent. Ego quoque, Vir eruditissime, tametsi  
non sis sum, qui de eruditionis laude certe ausim; diu tamen  
est, quum, sicuti tyae de me quantulacumque existimationis  
(sive quidem mea certe meritoque majoris) increbuisse in civi-  
tate rumusculi; sic meae Acissim erga Te summae observantiae  
testimonium aliquod publice ut extaret, cupiebam. Sed & af-  
fecta jam diu valetudo intercedebat; & si quod supererat vi-  
rium, id ad demandatam mihi ab Rege Invicissimo provin-  
ciam Sacras Scribeuras in hoc Gymnasio publice interpretandi,  
totum iulumendum erat. Postremo & occasio deerat. Sic enim  
sum: profilire in publicum nisi probabili de causa numquam  
animum induxi. Quare quum Tu mihi nuper dissertationum  
pulcherrimarum florentissimae illius ac praeclarissimae Cor-  
tonensis Academiac volumen alterum in manus tradidisses;  
Imperasseisque, uti meum circa novam de *Aesia sepultrali* sen-  
tentiam, quae Diss. VII. ejus voluminis a Cl. Muratorio mi-  
hique amicissimo proponitur, judicium exprimerem; non potui  
sane Tibi, cui tum multis nominibus, tum hoc ipso quod no-  
vae hujus dissertationis indicium fecisti, non morem gerere.  
Ac Tu quidem, Vir Eruditissime, postquam quidquid super  
ea re judicii mei esse (quod non potuit in Cl. Auctorem, ami-  
cum utriusque nostrum, non esse honorificum) Tibi breviter  
pro meo more candideque aperuissim; de ea re sic censuisti,  
et re litteraria fore, si quidquid his ultimis annis de ea *dedi-  
cationis sub Aesia formula* *inventu* a viris doctis traditum  
litteris reperirem, id uno sub aspectu exhiberem. Non enim  
dubitabas, quoniam collatis inter se virorum eruditorum tententias,  
facilius quid simile veri, quid contra, viri iudicio praediti  
perviderent: simulque novas procudendi interpretationes adi-  
gitus patefieret iis, quibus ad haec investiganda satis est otii.  
Putabas autem paucis pagellis variarum de ea re opinionum  
expositionem posse comprehendendi: nec tu a vero aberrabas.  
Vix enim paucarum chartarum opus fuisset, si aliorum senten-  
cias ut meas ipse verbis in compendium redigerem, satis mihi  
fore credidissim. Ego vero eti Tibi per omnia morem gerere  
animum induxi; in hoc tamen uno dissentiebam. Nam quam  
longe aliis sit hujus saeculi gustus, ex tot *Variorum*, uti quel-  
dam appellant, *commentariis* potest perspicisci. Ea qui digesto-  
runt,

5

ruunt, vae si quam misimo emitorum incommodo potuerint do-  
ctorum virorum illustrationes & notata ita pergessere, ut una  
perpetua esset critici alicujus ea recensentis oratio. At si  
contra ut hujus aeratis hominum ingenio se accommodarent,  
qui auctorum ipsorum genuina loca perlegere, sibique inter-  
grum de iis judicium reservari amant, non sine summo emto-  
rum dispendio ipsiflora voluntaria compegerunt, dum integras  
annotationes & commentarios usque ad fastidium iugerunt.  
Idem prope consilium in hoc quidem certe pleno aleae negotio  
sequi constituit. Quid enim? Tam aequos ne lectors me na-  
tum putassent, ut dum hujus aut illius placita refero, de  
mea fide non dubitarent? Quis paullo effraterior criticus non sta-  
tim de alio sum acceptis sententiis non accusationem institue-  
ret? praeferim quum vulgo in eo peccati magnopere videam;  
dum unusquisque aliorum sententias extenuat, ut suae interim  
velificetur; id quod ex his ipsis integris auctorum gravissimorum  
locis, quae recitatum imitari, liebit animadvertere; quos non  
rariorum opiniones non optima fide exposuisse animadver-  
tes. Accedit hoc etiam, quod eorum auctorum, quos hec re-  
censere aggredior, sunt qui aetatem ferunt; &, pro ea, quam  
habent demerendi litteras voluntate, ferant diutissime opto.  
Horum ego reverentiae parum tribuissem, si non suos ipsorum  
foetus atque carissimos filios eodem, quo ipsis ornarunt ami-  
ctu, in publicum produxissem. Atque id quidem, TANVCC  
Amplissime, causae fuit, cur eadem omnia, ubicumque po-  
tui, auctorum verba lectori appendere ac pumerare constitue-  
tim: cuius deinde integrum erit de re universa judicium.

### I. Aymarus Rivallius.

Primus, BERNARDE TANVCCI, quem inveniam de hac for-  
mula verba fecisse, fuit Aymarus Rivallius Allobrox, qui ex-  
euente XV. saeculo, partem etiam XVI. inuenitis, ad multam  
aeratem vitam produxit; jurisconsultus ut illis temporibus non  
incelebris. Is suae (1) Hist. juris civilis lib. 2. n. 8. hacc com-  
mentatur.

### IN

(?) Rivallii Historia juris civilis agmen agit inter Tractatus diversorum. Reperiatur, inquam, initio tractatus universi juris Venet. an. 1524. Rivallium hunc Everardus Otto pref. ad ro. III. thes. juris Rom. pag. 49. taxat temeritatis in configendis lib. II. Hilt. jur. ci-  
vili. legibus xviratibus. Utiturque praeterea Antonii Augustini collatione ex lib. de Legibus togati. thes. Graeviani pag. 1162. Non magis ( sic ibi Aug.) ea Ciceronis XII. tabb. esse credendum est. quam quae Rivallius ingenii ostentatione usus esse.

IN VRBE NE SEPELITO , NEVE VRITO , NE FA-  
CITO ROGVVM , ASCIA NE POLITO (2) Hauc legem  
Petronius & Flora ejus uxor transgressi sunt : nam monu-  
mentum vivi sibi ponit Valentiae euraverunt , & sub Ascia de-  
dicaverunt : quod adhuc in Aede D. Felicis exstat . Roma  
nos quoque apud Allobrogas juxta Lugdunum Eutycho (3)  
filios monumentum sub Ascia dedicavit , unde asciae forma  
semper marmori ea polito insculpta est , maxime ubi inscri-  
ptio hujus instrumenti meminit . Alio etiam complures mo-  
numenta contra hanc legem Ascia polire , ut in multis Ro-  
manorum sepulcris regiones peragras videre poterit , &  
hanc constitutionem sumptus minuendi gratia Cicero inven-  
tam fuisse dicit . Hinc sustentam conjecturam existimo , mi-  
nimum quemque Romanorum cupiditate gloriae sibi monu-  
men-

(2) Duo sunt legis ~~scripturalis~~ fragmenta , quae recitat Cicero in II. de Leg. cap. 29. , quae male Rivalius in unum conflavit . Primum est HOMINEM MORTUVVM IN VRBE NE SEPELITO , NEVE URI-  
TO . Alterum sic concipitur HOC PLVS , inquit , NE FACITO : ROGVVM ASCIA NE POLITO . Nec equidem Aymarum incuso , quod posterius caput alia distinctione legerit ; nam varie olim distinctum fuisse argumento sunt Turnebi & Manutii notationes . Turnebus : HOC PLVS NE FACITO ROGVVM , qui uiam legunt : male , ut opinor . Paullus Manutius referente Aldo ejus filio haec habet : Hoc plus ) quid si opus legas ? nam & infra operae teatrico sepulcrum exornari non licebat . Aut hoc plus intellige plus eo quod supra definitum esset : omis-  
sum enim fort . quae dat ex lege XII. tabb . Sed magis places opus ne facito : quod explantatur sequentibus verbis : Rogum ascia ne polito . Natu-  
rum rogum ascia polita est opus facere . Sunis qui ita distinguant : Hoc plus inquit : Ne facito rogum , ascia ne polito . Sed non puto rogum prohiberi , quamuri concedatur . Prohibi-  
batur autem rogus ascia politus , non omnis rogus . Haec Paullius pa-  
ter . Sed & Jac. Raevardus ad XII. tabb . cap. 15. legit : Hoc plus inquit :

NE FACITO ROGVVM ASCIA , NE PO-  
LITO . Quasi vellet Cicero legere XII. tabb . illud legibus a Solone la-  
tis plus continere , NE FACITO ROGVVM ASCIA , NE POLITO . Sed nunc omnium ferme consensu illud HOC PLVS ad verba legis pertinet , estque tantumdem quod hoc amplius . Deinde sic distinguitur is Ciceronis locus : HOC PLVS in-  
quis NE FACITO : ROGVVM ASCIA NE POLITO . Vide ad id legis caput Jac. Gothofredi notata to . III .  
theif . Ottoniani , & alios . Haec eo pluribus deduci , ut appareat , ex prava legis illius apud Ciceronem distinzione tam fuisse Rivalianam dedicationis sub ascia interpretationem ; non ineptissimam illam qui-  
dem futuram , si interpretatio proba esset .

(3) Haud dubie indicat Reine-  
sianam inscriptionem Cl . XII . n . 346 ( quam vide infra in Reinefio ) quae Valentiae ab eo ponitur ex Jo . a Bosco : ibi Romanus pater Euty-  
chiano (non Eutycho) filio PON .  
EUR . ET . SUB . ASC . DED . Sane hoc interest , quod Reinefii Euty-  
chianus non XVIII . sed XXII . an-  
norum erat . Verum aut in Reinefio  
posteriori X in V refingendum , aut  
contra Rivalius V pro X sibi lege-  
re videbatur . Sed est cur magis  
Reinefij scripturas credatur .

„ meata facere , & Ascia polire voluisse , ut hac lege sumptus  
 „ hujusmodi minuere necessarium fuerit . Sed Galli tanti sua  
 „ hujus gloriae spretores , quod ne bellicosi quidem principes  
 „ pes apud eos sepulcra facere vel polire curaverint , vel adhuc  
 „ eurent : unde contraria lege potius monumenta facere & Ad  
 „ scia polire astringi debuerunt . Ast vilissimus quisque grecus  
 „ garius Romanorum miles Galliam & Italiam , aliasque pro  
 „ vincias suis inscriptionibus & sepulcris replevit & foedavit  
 „ ut ille bonus Petronius , qui suo testimonio veteranus erat  
 „ & honesta missione missus ; & Romanus ille , qui Eutychus  
 „ filio duodecim annos dumtaxat agenti tanta cura monu-  
 „ mentum fecit . Tauta fuit hujus gentis gloriae cupiditas .  
 „ Hinc ratione quales his sepulcris condici , aut marmori-  
 „ bas insculpti fuerint , saepenumero ignoramus ; quia His-  
 „ torici & Scriptores eos commemorare ob vilitatem neglexerunt .

## II. Pierius Valerianus.

Excepit hunc Pierius Valerianus , qui an. 1550. major octogenario obiisse dicitur . Is in Hieroglyph. lib. XLII. haud longissime a fine haec posuit .

### DVRATVRA MEMORIA.

In antiquorum memoriis plerisque securim & asciam (4) sed hanc frequentius videoas adsculptam , addito etiam elo- gio SVB ASCIAM DEDI VETVIT (5) quotiens defun-ctus non obliterandam de sepulcro memoriam cavit , aversaque ideo sculptur ferri acies . Sed in Divinis litteris per asciam simpliciter pravorum hominum in insectandis abole-  
 disque

(4) Sectorim & asciam , sed hanc  
 frequentius Jam tuum intellectum  
 fuit duobus tribusve modis in  
 monumentis id  
 instrumentum  
 scalpi ; quorum  
 duos priores No-  
 ster securim , ter-  
 tium , quippe a-  
 sciae materiorum  
 persimilium  
 asciam appellat,  
 opportune ut  
 tamquam vocabu-  
 lum junctum in  
 gitatur Psalmi



(5) SVB ASCIAM DEDI VETVIT . Ex prava , uti vides , for-  
 mulae illius in monumentis lectio-  
 ne orta est Pierii interpretatio ; quae  
 quidem optima fine dubio efficit , si  
 quod Pierius recitat , monumento

loco nactus . Sed  
 severa utraq[ue]  
 ea icon multi-  
 ples caementa-  
 riorum fabrorum  
 (pro diversis sci-  
 licet locis , tem-  
 poribus , usibus  
 que ) ascia erat ,  
 uti suo loco dice-  
 tur .

4 4 prae

disque proborum operibus studium & cohortum intelligimus,  
ut Psalmus : In securi & ascia dejecterunt eam.

### III. Hadrianus Turnebus.

Sequitur jam virorum doctissimorum par egregium, Hadrianus Turnebus, & Wolfgangus Lazius, uterque eodem anno 1565. (ut reperio) demortui : sed prior, quia 53. annos natus occubuit, prior, uti credo, hac de re scriptus. Is ergo, etiam summae doctrinae merito, per me praecedit licet. Ergo in commentario ad Cis. de Leg. II. 23. sic loquitur : „ Regum in ascia ne polito ” Ascia dolabrae genus poliendis lignis a primis. Ne autem ex poliis fiat lignis pyra, lex cayet. Sie contraponit dico dixit Sophocles, impoliticum sedile, non exactum, ascia non politum. Alii de sepulcris intelligunt; (6) nec, ut opinor, recte. Nam quibusdam in locis hodie que sepultra sub ascia dedicata visuntur, hac inscriptione : VIVI. SIBI. PONEND. CVRAVER. ET . SVB. ASCIA DEDICAVERVNT.

### IV. Wolfgangus Lazius.

Wolfgangus vero Lazius in III. Commentario. 18. pag. 432. sic commentatur : „ Praeterea in inscriptionibus monumentarum veteribus passim fit mentio monumentorum extra sortem & sub ascia positorum. Quae nondum satis intelligo, qualia fuerint, nisi (quantum divinare licet) fortem te monumentum extra sortem &c... (7) Deinde quoniam ascia

„ in-

praeferrent. Hoc si notaissent, qui Valeriani sententiam utius ex altero descripsierunt, nac ii ab ea recitanda sententia abstinuerint, quippe quae non dedicares sub ascia, sed DE DI VETARE fibi exponentum proponit.

Ipsum vero sane DEDICARE SVB ASCIA si cui forte durasuram memoriam cum Valeriano interpretari constitutum sit; hoc maxime argumento eam sententiam fulciat, quod nimurum ferme omnes inscriptiones, quibus illa formulata adjungitur, sic ordiuntur : D. M. ET . MEMORIAB . AETERNAE . vs dico . Vel vide quas ex Menetrierii Hist. Lugdunensi

si infra subimus. Non enim de nihil istud plerumque cum illis formula jungitur. Sed quantum hoc ad enigmatis solutionem? Nonnumquam pro memoriae aeternae reputatur quieti aeternae, aut utrumque jungitur.

(6) Alii de sepulcris intelligunt Prava scil. legis interpunctione adducti, quod fecit Rivallius: & alios quoque de sepulcris intellexisse verisimile est. Vide sup. not. 2.

(7) De monumentis extra sortem (si uspiam ea monumenta reperiuntur; nam certe lapis, quem hic affect Lazius, non nemini visus est spurius) vide Gutherium in II. Magnum 25; copiis differentiis.

9

, instrumentum est fabrile, quo ligna dolantur; quaecumque  
monumenta sub contignationibus lignorum ac tecto extinc-  
runt (8) ut ab injuria pluviarum & uiris vindicata diutius  
durare possent, sub ascia nuncupata sunt. Sed placet ipsa  
antiquitatis exempla recensere. Lugduni in Gallia : SE-  
CVNDINVS ET PRIMARIA MARCELLINA PATRES  
AMMISSIONE EIVS ORBATI P. C. ET S. ASCI. PO.  
C. ET S. ASC. DDC. (9) (quae sequitur deinde inscriptio, ubi  
EXTRA SORTEM, eam omisso) Ibidem ( Ravennae scil.)  
in Monasterio S. Irenaei. D. M. MEMORIAE AETERNAE  
SOLENNIA FIDO MIL. LEG. I. MINERVIAE IMA-  
GINI FERO MATVRNIA VICTORINO CONIVGI  
CARISSIMO PONENDVM CVRAVIT ET SVB ASCIA  
DEDICA (10)

Huc usque recensitis succedere deberet tria virorum  
charillorum, unius ex Manuciis (11.), Francisci Hotmans  
(12.)

(8) Viri docti nescire se profosten-  
tur, quid heic fibi velii Lazijs. Sed  
is procul dubio oculos habuit opus  
intestinum, cuius meminit Vitru-  
vius IV. 4. V. 2. VI. 3. Plinius XVI.  
39. & 42. Varro R. R. III. 1. unde  
dicti *intestinarii artifices* i.e. Cod. Th.  
*de excusis artif.* Intestinum opus quid  
sit pluribus differuerunt. Budaeus,  
Barbarus, Philander, Salmasius,  
Baldus in lexico Vitruviano, & alii  
plures; dum hi quodvis ex materia  
opus, illi laquearia lignea quibus  
ornatus gratia, superindia suffiguntur,  
alii seneitras intelligunt. Sed  
vicit Budaei & Salmasii sententia,  
quorum hic ad Solinum pag. 1034. sic  
scripti : , Sane sciendum est intesti-  
num opus proprio dici, quod ex  
ligno fit, sed elegantiore fabrica,  
& ea arte quam minutissimam  
nunc appellamus. Veteres quoque  
*Aserrugiles* dixerunt . . . Intesti-  
na autem dicta opera illa, quod  
intita domum tantum locum ha-  
bent, & in aedijm interiore par-  
te sita sint, atque differentiam  
. . . ostendunt . . . In intestinis ope-  
ribus locum habent ASCIAE,  
runcinæ & planæ: in aliis do-  
labus. Haec & piara Salmasius;

qui haec ultima de ascis unde han-  
serit, nescio. Sed indidem forsan  
hauserat & Lazio, ut inde sub ascia  
dedicata ad intestina opera, & sub  
tecto posita retulerit.

(9) Eadem inscriptio integra &  
comeditior infra inter Menetrierianas  
Lugdunenses (quas simul jungemus)  
dabitur num. XII.

(10) Ponitur haec inscriptio Lu-  
gduni, non Ravennae, a Meneti-  
rio Praeparatione ad hist. Lugd. pag.  
27. & quidem emaculatione in hunc  
modum. D. M. G. memoriae, auer-  
nge. Solemnis fido. Milit. leg. Mi-  
nervia. imaginisero. Maturinaria.  
Victorina. Comagi. Carissimo. penen-  
dum. curavis. & sub. ascia dedico.  
Reservatur etiam a Grut. 562.1.

(11) Unius ex Manuciis) Atii cum  
Manutio, ( inquit Fabretius infra  
prodicendus, nec quem intelligat,  
dicit ) ad caput illud legis XII. tablo-  
reducunt. Rogum ascia ne potiro,  
ut superflos sumpus vnde prohiberi  
pusey. Sane Pauli Manucci nota-  
tiom ad eandem legem xviraalem  
apud Cic. de Leg. Supra not. i. reci-  
tavimus, eo potissimum consilio,  
ut appareat, neque hunc neque ejus,  
filium Aldam ita de Dedicacionis sub  
ascia

60

(12) & Jacobi Kaevardi quos referri inter eos compéri, qui formulam dedicationis sub ascia tractandam suscepérint. Verum in eorum scriptis ne ~~770~~ quidem.

#### V. Robertus Stephanus.

Quintus ergo prodeat in scaenam Robertus Stephanus, in eius Thes. Linguae Lat. Lugd. an. 1573. (cul editioni duae praeceperant, ut in Typographi epist.) in verbo *Afscia sic res perio.* „Rogum ascia ne polito: Ex legib. XII. tab. apud Cic. 1. 2. de leg. Ne pyra fiat ex dolatis seu politis lignis, leges caveruntur. Alii de sepulchris intelligunt, putantque vetatis, ne quibuslibet artificiosis structuris ea expoliiantur. Existimant quoque asciam ab abscondendo dictam.

Nulla hic quidem *Dedicationis sub ascia* sit mentio, sed ad eam tamen formulam in sepulcris obviam haec, quae a Stephano aliorum refertur interpretatione legis XII. tab., certe alludit.

#### VI. Fulvius Ursinus.

Sextus vero iam producatur Fulvius Ursinus an. 1600. de mortuis; qui sic commentatur ad leg. XII. tabb. (to. 2. thes. Graev. pag. 1366.) „Rocom. ascia. nei. polito. ) Cic. ibid. res fert e XII. tab. hanc legem, quae verabat e politis ascia lignis pyram confici, ne sumptus supervacanei fierent. Hinc illa in veteribus monumentis inscriptio: SVB. ASCIA. DEDICAVIT.

Idem ad illud Ciceronis in II. de Leg. 59. *Rogum ascia ne polito*, sic vocat: „Facit ad hunc locum vetus inscriptio, in qua sunt haec SVB. ASCIA. DEDICAVIT. De ascia Plin. lib. XVI. cap. 4. Eam D. Hieronymus dicatoriam ap. pellat: inde verbum Aſcio & Exasco: & Exasciatum opus pro expolito dixit Plautus in Afscaria.

#### VII.

ascia meminisse. Neque in ejusdem Pauli libro de legibus to. 2. thes. Graeviani usquam ejus rei vestigium, nec porro alibi in trium Manuciorum operibus, quod equidem sciunt. Muratorius qui in sua differt. num. 2. Aldum Manuccio putat printem de ea formula differuisse, quam vellem edidisset utes Aldorum, & quo Iaco. Sed Ursini hallucinacionem

Fabretrum & Muratorium bona sedes in sua scripta translatisse postea comperti.

(12) Pitiscus in verbo *Afscia Mota manum & Kaevardum* inter eos numerat, qui de hac formula differuerint. Sed ii locis a Pitisco laudatis tantum de xviral i lege de *rogo ascia non poliendo* disputant; de dedicacione sub ascia ne verbum quidem

## VII. *Paulus Merula.*

Age vero septimus sit interlocutor Paulus Merula, qui  
an. 1607. minor quinquagenario iubatus est, pluribus ineditis  
a se relictis operibus. Is in opere postumo de legibus Ro-  
manorum cap.XI.num.6: (in Jo:Poleni V.Cl.supplm.thes.Grae-  
Viani to. 1. pag. 94.) ad illud Regum ascia nei poleiso sic anno-  
tat „ Ascia fabrorum materiariorum dolabra est, qua ad asper-  
ra ligua polienda utuntur, ab absindendo dicta. Sumtuos-  
sior erat rogus ex lignis ascia politis, quam ex rudibus ex-  
structus. Hinc etiam illa in veteribus monumentis inscriptio  
sub ascia dedicavit; ut qui posuerat, testaretur, quasi in-  
jecta Ascias mentione, Dedicationem sumtusorem.

## VIII. *Claud. Guichardus.*

Claud. Guichardus (an. 1607, defunctus) scripsit de ha-  
formula in opusculo, quod de antiquorum funeribus scriptum  
reliquit, quod numquam vidi. Sed quia in epistola Valbonae-  
fii (in memoris Trevolitatis an. 1713. mens. Junii pag. 1040.)  
quaedam ex Guichardi libro recitantur; ea quae ibi reperi-  
huc asserre non gravabor. „ Il est vrai, que les loix des dou-  
„ ze tables defendoient de bâter le bucher du bois choisi & con-  
„ roÿ; mais cette inhibition & defense par le plaisirable conseil-  
„ tement du peuple fut petit à petit abolie & mise à néant; car  
„ un chacun tâchoit de faire le mieux, qu'il pouvoit & le plus  
„ honorablement que ses facultez le permettoient aux funer-  
„ railles de ses parens & amis, jusqu'à vouloir peindre le  
„ bucher, & l'orner de tire de diverses couleurs, qui étoit  
„ une sorte de peinture forte riche & fort exquise en ce tems  
„ là Plin. XXXV. 7. (13) a quoi se peuvent rapporter  
„ ces trois paroles sub ascia dedicavit, qui sont gravées di-  
„ verslement, ores abregées, ores au long en tant de marbres  
„ antiques. Car pour en dire mon opinion à tout evenement,  
„ je ne pense point, que les Romains ajoutassent à la fin de  
„ leurs epitaphes ces paroles, comme ont cru plusieurs, pour  
„ montrer que le marbre, au quel elles étoient ciselées, avoit  
„ été curieusement lissé & poli avec grand diligence, attendu  
„ que l'ascette, que l'on y voit quant & quant représentée le  
„ plus souvent, montre assez, outre la propriété du mot, par  
„ sa figure, que cet outil ne servit jamais à quarrieur ni por-  
„ lisseur de marbre . . . . Moins estime je recevable l'interpre-  
„ tation

(13) Ea est encastrica pictura, de q. eodem picturae genere & regis  
qua Plinii XXXV. 11. Idem XXXV. pingi inuenias.

cation de l'Auteur des Hieroglyphiques „ Pierium intelligit „  
 „ qui dit que toutefois & quantes que le defunt avoit pourvû,  
 „ & mis ordre que l'epitaphe ne fut point effacé ni ôté du se-  
 „ pulcre , ains que sa memoire demeurât inviolable perpetuel-  
 „ lement , on y faisoit graver la figure d'un aiseau avec cette  
 „ clause *sub ascia dedicavit*, exposant (14) *dedicavit* par *dedi-ve-*  
 „ *suit* , comme si c'etoient deux mots , & remarquant qu' on y  
 „ voit le tranchant de l' aiseau tourné à contremont . Car il  
 „ est evident que là où les loix publiques ont suffisamment  
 „ pourvû , il n'est nul besoiu que les particuliers interposent  
 „ leur autorité . Et posé que les decedans defendissent par te-  
 „ stament qu' on ne démolit point , ni gâtât les epitaphes , de  
 „ leurs monuments , encore ne fandroit il pas expliquer ces mots  
 „ *sub ascia dedicavit* ( ou comme il écrit , *sub asciam dedi-ve-*  
 „ *suit* ) de la façon , vu que tant & tant d' inscriptions ainsi de-  
 „ diées portent le nom d' enfans morts au dessous de l'âge de  
 „ quatorze ans (15) , & qui par consequent ne pouvoient rien or-  
 „ donner qui valût pour ce regard , ni pur autre . „ Deinde  
 „ paucis interjectis concludit . „ Ce qui m'induit à croire que ,  
 „ ces paroles ne peuvent être mises pour signifier ou démontrer  
 „ autre que la peine & soigneuse diligence employée à faire „  
 „ les funerailles du défunt , comme si elles vouloient dire que  
 „ les parents n'ont rien omis ni laissé en arriere de leur devoir ,  
 „ ains ont fait charpenter pour plus grand honneur le bois ,  
 „ dont le corps a été brûlé .

### VIII. Jac. Grafferas.

Guichardo subiectus est Jac. Grafferas , qui dissertationem suam *De Antiquisatibus Nemausensibus* Parisiis edidit an. 1607. , deinde tom. 1. Sallengriani thes. Antiquitatum inserita fuit , ubi pag. 108. E. has inscriptioes ( primam Nemausi , reliquas Viennae ) recitat : # SEX. AVII. CA.  
 „ PELLANI. EICINIA. FAVSTINA. MARITO. SIBI.  
 „ MERENTISSIMO. SVB. ASCIA. POSVIT. Deinde :  
 „ D. M. ET. MEMORIAE. AETERNAE. DIV. LELIAE.  
 „ ATILIAE. L. LEPIDVS. BASILAEVS. CONIVG. KAR.  
 „ PONEND. CVRAVIT. ET. SVB. ASCIA. DEDICAVIT.  
 Tum „ TITIAE. CATIAE. DEFVNCT. ANNORVM. VIII.  
 „ M. V. D. VIIIL. CVFIA. ( corr. Catia ) BVBATE. FIL.  
 „ PISSIMAE. ET. SIBI. VIVAE. POSVIT. HOC SAX. SVB.  
 „ ASCIA.

(14) Non ita Lazius exposuit , tis parentum aut alterius mentio , sed ita putavit legi . Vide not. 5.

(15) In horum infantium sumulis est semper ad finem epigramma- qui PON. CUR. ET. SUB. ASC. DED. Quo sane ruit Guichardi ra- tiocinatio .

„ ASCIA. DED. EST. Postremo „ SERVI SEVERI. F. CAS:  
„ SIA . MISERA. MATER. FILIO. INCOMPARABILI.  
„ ANN.XXIII. ARAM. POSVIT. ET SVB.A.D. (16) Deinde  
sic annotat . „ Alcia magniscentiam innuit , quae a Romanis  
„ in funere & monumento struendo adhibita , unde Plautus  
„ opus asciarum vocat affabre politum , & exornatum . Sub  
„ ascia ausem polire olim sepulchralibus legibus Romae in  
„ duodecim Tabulis vicitum fuit , ne in rogo & sepulchro fa-  
„ ciendo magui sumpus fierent . Hinc etiam prohibitum , ne  
„ aurum adderetur , ne murrata potio mortuo inderetur , neve  
„ longae corona , neve acerrae adhiberentur , ne plura fune-  
„ ra uni fierent , ne lefft plures inferrentur ; sed prisco illo  
„ & modesto more , quem Naso hoiter Faſorum lib. 2. sequen-  
„ tibus veribus describit , omnia administrarentur .

„ Est honor & tumulis animas placare paternas ,

„ Parvaque in exfrustas munera ferre pyras .

„ Parva petunt manes : pietas pro diuine grata est .

„ Munere : non avidos Styx habet ima Deos .

„ Tegula porrectis fasis est velata coronis ,

„ Et sparsae franges , parvaque mica salis :

„ Inque mero molita ceras , violaque solutae ,

„ Haec habeat media testa relitta via .

„ Hodie in nonnullis locis tam iusava est epitaphiorum „  
„ frequentia , ut posteri ne quidem pro unico versiculo spa-  
„ cium sint reperturi , nisi parietarias istas herbas , ( ut Con-  
„ stantinus de Trajano , inanum titulorum nimium studioso  
„ dixit ) & lascivientes hederas , religionis dememores evel-  
„ lere yelint .

### X. Jac. Gutherius.

Venio iam ad ubiores accuratioreſque formulae hujus  
interpretes , quorum signifer Jac. Gutherius , qui annis 1638.  
diem suum obiisse dicitur . Is in II. de jure Manum cap. 28.  
ubi de ſepulchorum ornamentiſ , nostri argumenti haec habet .  
„ Praecipuum vero ſepulchorum ornamentum Tectorium opus  
„ fuit & quare cum Solou illorum amplitudines tolleret , lege  
„ fanxit ( Cic. 2. de Leg. ) Ne quis ſepulchrum faceret operofius ,  
„ quam

(16) Harum inscriptionum pri-  
ma est apud Grut. 760. 3. cum con-  
ſuetu alcia . Altera est apud eunu-  
dem pag. 799. 6. Tertia quoque est  
in Grut. 704. 5. ubi numerus anno-  
rum est XIII. , non VIII. ( X & V  
kil. facile confunduntur in fugiente  
scriptura .) Ultima est in Grut. pag.  
906. 13. cum alcia , ubi numerus an-  
norum est XXIII. Nota hoc etiam  
secundam inscriptionem a Grut. non  
Viennae ( ubi Graſlerus ) sed Gra-  
tianopoli ponit .

quas quod decem homines affecterent tridac i. neque id apere se-  
torio exornare, nec Hermas, quos vocant, licebat imponi,  
Opere tectorio sepulchra exornare idem est, quod in veteri-  
bus Inscriptionibus passim legitur SVB. ASCIA. DEDICA.  
RE. Quas verba multis scriptoribus erucem insixerunt. Alii  
sunt Alcia dedicata credunt ea sepulchra esse (Lafus lib. 3,  
Compend. cap. 18.) quae sunt contignationibus lignorum, te-  
cto munta sunt, ut ab aeris injuria vindicentur. Quod qui-  
dem tectorium ornamenatum dici non potest, sed Protecto-  
rium. Guichardus sub Alcia dedicare suscipitur esse, rogum  
Alcia polite, quod legibus XII. vetitum est, atque in hoc  
rum verborum interpretatione haeret maxime. Rogum po-  
lire lex dicit, non dedicare, quod est, religione aliqua de-  
vincire (17). Dedicare sepulchra, consecrare recte dicimus, quod  
roga convenientre non potest. Haec ut facilius ex M. Tullii  
opere tectorio explicemus, advertendum est sepulchrorum  
perfectorum ornamenata potissimum contineri tectorio seu al-  
bario opere, quibus alcia adhibebatur. In albario opere  
maceratio calcis necessaria est, i. e. Si calx in fornace colla-  
fuerit parum, in maceratione diuturna, liquore coacta deser-  
vetur: (Vitruv. lib. 7. cap. 2.) Tum sumatur ascia, & quem-  
admodum materia dotatur, sic calx in lacu macerata ascien-  
tur. Si ad asciam offendenter caluli non erit temperata (18).  
Ut ergo opus albarium probetur, macerata calx ascia dolatur,  
& si quod alciae adhaeret fuerit molle atque viscosum, con-  
stat albariis operibus convenientia. (Pallad. lib. 1. de Re Rust.  
cap. 14.) Eu alciam in manibus habemus: maceratum hunc  
locum, & a multis recocatum & inchoatum, placet perpoliri,  
re atque perficere, & sub alcia dedicare. Ascia extrahatur,  
Glo. vet, dolabra est artificum, qua asperitas perpolitur: se-  
cutis est, qua ligna levigantur: Tectorium opus asciam ma-  
gis querit quam lecurum. Tectorium generale verbum est,  
omnem

(17) Vides heic proposito, quid Gutherius, quid ante & post Gu-  
therium ceteri & dedicare sepulchra  
sint interpretati. At nos quid pro-  
prie illud sit, tum in Diatr. de dedica-  
tionib. in Com. ad muilum Amphib. b.  
Camp. sculum diximus, tum in Cu-  
ris posterioribus quas extremae huic  
epitoliæ adnectemus, planissime do-  
cebimus.

(18) Hacventis e Vitruvio sunt,  
quae ad editionem Elzevirianam Jo-  
de Lact multis modis emendavi.  
Quae porro sequuntur, sunt de Pal-

ladio, cuius lib. primi titulum 14.  
totum adscribam, ne nimium in  
Gutherii scripta licere mihi finam,  
De opere Albario. Opus quoque  
albarium sapienter delectat, cui calo-  
cem debemus adhibere, quum  
in multo tempore fuerit macerata.  
Ergo ut utiliter probes, alcia calo-  
cem quasi lignum dolabis. Si  
nisi quam acies ejus offenditer,  
& si quod alciae adhaeret, fue-  
rit molle atque viscosum, con-  
stat albariis operibus conveni-  
t, ss.

enim cruxam insidet significat, et quod non  
estum quoddam & quasi incrustatio parietum, laterum sepul-  
chri aut pavimenti. Hoç si calce pura fiebat, albarium opus;  
si calce & arena, arenatum; si marmore & calce, marmora-  
tum vocatur. In albario opere superbja candoris: in mare  
morato pretium & pulchritudo operis delectat. Marmorata  
cum calce & marmore tufo, & triplici varietate comminna-  
to fiebat: (19) nisi enim tectorium ter arenato & bis mar-  
morato inductum esset, numquam splendoris habuit facies.  
Experimentum marmoratum infubigendo fuit, donec ratiō (20)  
non cohaereret: contrā in albario opere, ut caix macerata  
seu glutinum haec eret, Plin. lib. 36. cap. 23. Ex his facilē in-  
telligitur SVB. ASCIA. DEDICARE idem esse, ac opere  
tectorio marmorato vel albario sepulchra exornare. Tector-  
ies ~~opus~~, qui ab albario albarii & albani dicti sunt, L. 29  
Cod. Theod. de Excusat. Artif. l. 1. Cod. eod. lib. 10. Ut alba-  
rium opus ~~unum~~: unde expulchra albario opere inducta  
rūpō ~~unum~~, D. Martb. cap. 23. quibus similes Pharisaei  
incusantur, qui ut Plautus in Trucul. loquitur, cum exor-  
natis ossibus & animis incēdebat, Albarium opus in frāz  
gimento veteris Inscriptionis nosnavi (21). . . . .  
Tectorium in alia est hoc modo exornatum: Beno. mem-  
randae. conjugi, dultissimaeq̄e. vix. an. XX. M. V. El. Pq.  
mensius. Aur. Justinae. maritus. et LECTORNAM. et pro-  
tector. contra. votum. memoriam. posuit. (Apud Grui. DCCCXL5)  
Vetus inscriptio interpolanda nobis est: adhuc  
„ benda

(19) Haec sunt ex Plinio XXXVI,  
23. Tectorium quidem, nīs ter are-  
nato & bis marmorato inductum est,  
vñ satis splendoris habet. At Vitru-  
vius VII. 3. Palladius I. 15. tria are-  
nacoria, totidem marmoris pra-  
scribunt, ut solidum sit opus, &  
nitor tantus, ut etiam expressas tam-  
quam in speculo imagines intuenti-  
bus remittat.

(20) Triam hitudinam Gutherii edi-  
tionem tom. XII. thes. Graeviani  
Membrorum istud Ratio pro Rovo  
specavit, sicut & intra seu pro ceteris.  
Sed cogitantur ex Plinio ibid. unde  
haec descripta auctor. Experi-  
mentum marmorati est in subigendo,  
donec ruvo non cohaeret. Contra  
in albario opere, ut macerata calce  
& glutinum cohaeret. Plinius hoc  
ex Vitruvio VII. 3. didicerat. Mar-

moriati ita materies semperetur, usi  
quoniam subigetur, non haeret ad ru-  
vum, sed purum ferum & morsari  
li. rerur. Male ad recitatum Plinia  
locum Harduinus notavit, retro ut  
structores ad inducenda parietibus  
tectoria. Inorurum in ruiticis in-  
krumentis non est aliud quam pale  
genus. Catone teste: Hinc etiam  
recugya illa pala, qua calx subige-  
batur, ruitum dicebatur, itemque  
ascia. At quod in Ruvo Harduinus,  
idein in Acaie peccarunt atii, dum  
ascia induci tectorium scripserunt;  
quod & Gutherius videtur credidi-  
se, si recte capio ultima Gutheriani  
loei verba.

(21) Est id fragmentum inscrip-  
tionis utrinque iunctum apud Gru-  
terum CLXXII. 2. quod ad ~~decim~~  
~~decim~~ asc. nihil accinet.

55 benda ascia & arena, vel sine calce & marmore. LECTOR  
 55 NAM in illa scriptum pro TECTORNAM suspicor, T  
 55 in L commutato, quod veteres solebant, qui *Thelim* pro  
 55 *Thetim* dixerunt. *Varro de R.R.* III. 9. Forte quum scriptum  
 55 esset TECTOR. ORNAM. repetitam syllabam OR elata  
 55 faber, & verba duo in unum transtulit. TECFORNA  
 55 MENTVM vel tectorium ornamenatum opus tectorium est,  
 55 quo sepultra ornabantur. Sic marmoratum assulis seu ~~assis~~  
 55 ~~assis~~ & frustulis, quae scalpendo marmore excidunt, siebat.  
 55 Haec enim fragmenta pistillis tundebantur, & setaceis incer-  
 55 nicalis cribrabantur. (*Philander ad Vitruvium VII. cap. 6.*)  
 55 Hinc Plautus in Menaechmis:

55 *Securim capiam anticipitem  
 55 Et dedolabo assulatum viscera.*

55 Hujus securis nota haec est in plerisque monumentis, quae  
 55 in Lugdunensi provincia visuntur.

## DIS X M (22)

55 Cujus figurae nota nihil aliud significat, quam opus securi  
 55 dedolatum & sub ascia dedicatum, quod ubique vulgatum  
 55 erat . . . . Sed nos sepultra impolita & imperfecta perfic-  
 55 ciamus . . . . Perfectum opus exasciatum opus dixit  
 55 Plautus in Afinaria ab albario translatione sumta, quod  
 55 ascia perpolitur & perficitur.

### XI. Gerardus Jo: Vossius

Ad haec Gerardus Jo: Vossius (an. circ. 1650. demortuus).  
 In Etymol. sic posuit: „ASCIAE de notatione & etymo „  
 „sic Isidorus lib. XIX. cap. XIX. Ascia ab assulis (i. assulis)  
 „dicta, quas a ligno eximit, quibus diminutivum nomen est  
 „asciola. Est autem manus brevi, ex adversa parte refe-  
 „rens vel simplicem malleum, aut cavarum, usi bicorne &  
 „strum. Perotto, Hadriano Junio in Nomencl. & Fungero  
 „in Etymologico nomen accepisse videtur ab e, vel ab, &  
 „stendo. Sed omninoque a Dotico ~~diffit~~ pro ~~diffit~~ & conversum  
 „in es (fort. in sc) more AEolum, qui pro ~~diffit~~ dicunt ~~diffit~~  
 „pro ~~diffit~~ ~~diffit~~ &c. Hinc sub ascia dedicare dicebant. De  
 „quo vide indicem Grut. Inscriptionum. Ab eo exasciata  
 „ascia

(22) Hanc asciae formam Gu-  
 me occurrit, quae & ceteri  
 cherius & Gruterus (in quo saepissi-  
 ris hanc garam recedit a

ascia praeparare. *A*etiam autem ab *ascia*, i. frango, eius  
,, fut. *ascia*.

### XII. Claud. Salmasius.

Succedit summorum criticorum biga, *Claud. Salmasii & Thomae Reinesii*, quorum ille an. 1652. hic 1657. vivere desierunt. Salmasiani loci indicium mihi fecit doctissimus Facciolatus in suo Calepino in verbo *Afcia*. Sic ergo nobilissimus philologus ad Trebellii Polliois XXX. tyran. cap. 32. ubi de Tito, ad illud *Cujus statuam in templo Veneris adhuc videmus acrolitham, sed strataam*, haec prae ceteris notavit.  
 „ Statuas etiam sub auro decerni, & constitui dicebant, quae  
 „ auratae decernebentur. Vetus saxum: STATVAM. SVB.  
 „ AVRO. CONSTITVI: LOCARIQ. IVSSERVNT. i. e.  
 „ statuam auratam locari iusserunt. Item in alia inscriptione:  
 „ STATVAM. SVB. AVRO. IN: FORQ. DIVI. TRAIA-  
 „ I. SVMPTV. PVBLICO. LOCO. SVO. RESTITVEN-  
 „ DAM. CENSVERVNT. statuas in auro, & statuas sub au-  
 „ ro dicebant pro auratis. Haud dissimili genere locutionis  
 „ hominem in armis & sub armis i. e. armatum vocabant. Eu-  
 „ nius:

*Ter me sub armis malum vitam cernere,*  
*i. e. malum armatum me vitam cernere.* Virg.  
 - - - *fedes circum castella sub armis.*  
*pro armatus circumfides castella.* Idem: *Iudunt belli simulacra sub armis pro armati ludunt . . . Sic Manilio Centaurus sub arcu, & Centaurus in arcu, qui arcum gestat, arcu armatus: Geminumque sub arcu Centaurus . . . Ut autem statuae in auro & sub auro sunt auratae, sic pocula in gemmis & sub gemmis sunt gemmata apud Anastatum Biblioth.*  
*Idem marmora in exemplis dixit exemplata, h. e. exemplis & argumentis figurisque picta. Eadem plane locutione dicebatur statua sub auro decerni, quae aurata decernebatur, qua opus aliquod sub *ascia* dedicari, quod asciatum dedicabatur. De quibus loquendi generibus nos alibi.*

### XIII. Thom. Reinesius.

Reinesius autem ad inscriptionem Valentinam Cl. XII<sup>o</sup> n. 34. quae talis est: D. M. ET. QVIETI. AETERNAE. ETVYCHIANI. FIL. DVLCISSIMI. QVI. VIXIT. AN. XXIII. M. I. D. IIII. ROMANVS. PATER. PON. CVR. ET. SVB. *ASClA. DEDICAVIT.* sic commentatur: „ Formulam sub

B

„ *ascia*

„ *ascia dedicare non fere nisi in Gallicis*, Vienn. (§. hujus Cl.)  
 „ *Lugdun. Valent. Nemaus. & Narbon. memoriis legimus. Si-*  
 „ *gnihcarunt autem eā, se marmorariis, quorum alcīa & do-*  
 „ *obra λαξάτα ἐγένεται*, faciendum locatē, h. e. ab inchoato  
 „ *opus curasse.* Vide ad 32. Cl. II. §. 80 12. Cl. hujus. 167. 168.  
 „ 169. Cl. XIV. (23)

#### XIV. *Sertorius Ursatus.*

Sertor. Ursatus in marmoribus eruditis ad finem epistolae V. (quae est ad Ludovicum Vedrianiū an. 1666.) pag. 95. haec scripta reliquit. » Finalmente quello stro-  
 „ mento, che lei così mi disegna, è l'Alcia,  
 „ ne' sepolcri loro frequentemente dagli an-  
 „ tichi scolpita con l'aggiunta di queste tre  
 „ lettere S. A. D. che *sub ascia dedicavit* si  
 „ leggono da tutti gli espositori delle ab-  
 „ breviature, perché con le intiere parole  
 „ ancora tal volta ne' marmi s'incontrano.  
 „ Aldo (24) Manuzio nel commento a Cicerone sopra il secondo  
 „ delle Leggi, ed a quella che dice *Rogum ascia ne polito*, osserva  
 „ come coi quella vollero esprimersi i Romani, che non solo  
 „ il Rogo, ma il sepolcro ancora non doveva esser preparato  
 „ con superflua spesa; il che quando così fosse, sarebbe da-  
 „ dire, che l'Alcia ne' sepolcri scolpita era testimonio, quel-  
 „ li esser fatti senza profusione di danaro, e secondo la dispo-  
 „ sizio-

(23) Ne viri summi *βαρύλητας*, fil. *Sextilius. Bellinus. conjugi. in-*  
*te moretur*: Cl. II. 32. illud est no-  
*tabile: A. NOVO. RESTIQUIT. Cl.*  
*XII. et Viennensis inscriptio ta-*  
*lis: ANCILLAE MARCELLAE...*  
*ANCILIUS ET. MODESTIA.*  
*MARCIANA. PARENTES. IN-*  
*FELICISSIMI. FILIAE. PIEN-*  
*TISSIMAE. P. C. ET. SVB.*  
*ASCIA. DEDICARVNT.* Deinde  
 Cl. ejusdem num. 12. nihil aliud  
 notandum est quam *FECEVNT*  
*RVDEM* (meinpram) A. *FVN-*  
*DAMENTO.* At Cl. XIV. tres sunt  
 aliae inscriptiones, quae *dedic. sub*  
*asci. complectentur.* Num. 167. in  
 Sabaudia: *SAB. TITIOLAE...*  
*M. MATVSSIUS...* *CONIVGI.*  
*INCOMPARABILI. P. C. ET. S.*  
*A. D. Num. 168. Bellici: Memo-*  
*riæ aeternæ. Marcellipæ. Puzil,*



fizione della legge. Aimario Rivalio nelle osservazioni da lui fa te alla prima legge delle XII. tavole, tutto contrario al Manuzio, scrisse che l'Ascia ne' monumenti era testimonio di molta cultura de' medesimi; e spesa considerabile, perche nelli sepolcri rozzi ed impoliti ella non vi si ritrova scolpita. Il Pierio poi, a cui più volontieri mi accosto, vuole che l'Ascia in quelli fosse segno di memoria durabile, dicea lo. In antiquorum memoriorum plerisque securim & asciam, sed hanc frequentius videar adsculptam, addito etiam elogio SVB ASCIAM DEDI VETVIT, quotiens defunctus non oblitus terandam de sepulcro memoriam caret, aversaque ideo scalpit tur fori acies. Lei scelga di queste opinioni quella che più si aggiusta al suo genio, fino a che da più felice intendimento delle migliori se riceva.

#### XV. Jo: Baptista Ferretius.

Jo: Baptista Ferretius Casinensis Musarum lapidariarum (quod opus Veronae edidit an. 1672.) lib. 2. mem. XLVIII. ad Lugdunensem titulum, in quo ea formula reperitur, qui talis est: D. M. M. Aeternae L. Cl. Rufini. Cl. nunc. vivus. (25) Stygias. Rufinus. ad. umbras. Instituit. titulum. post. animae. requiem. qui. testis. vitae. fasis. sit. lege. futurus. cum. domus. accipiens. saxa. corpus. habens. quodque. meam. retinet. vocem. data. litera. saxo. voce. tua. vivet. quisque. leger. titulos. Ratio. hic situs. est. juvenili. labore. quondam. cum. fibi. moxq..... Nutrixi. Marcianae. item. Verinae. Collatia. N. . . . . monumenta. dedit. et. sub. ascia. dedicavit. Curante. Cl. Sequenti patrono. ad eum inquam titulum sic adnotat: „ SVB A- SCIA. DEDICAVIT. vetitum lege IV. Duodecim ta- bular. ne fastu nimio sumptuque exornarentur sepultra, sed ex lignis-rudibus & impolitis pyra vel rogor conficeretur, & haec lex ROGVM. ASCIA. NE. POLITICO: & Ascia fabrorum lignariorum dolabra est ab abscondendo sic dicta, & usurpara ad ligna aspera polienda. Idem etiam ad memnonam lib. 4. de lege Rogum ascia ne polito ea commentatur, quae non opus est hoc afferre.

#### XVII.

(25) Refitne sic: D. M. M. aeternae. i.e. Dis Manib. memoriae aeternae &c. Deinde primus hexameter incipit: Cl. (Claudius) bunc

fuere, pro uno sunt habita. Prius cum Elegiacis definit: alterum inde incipit: NVTKICI. MARCIANAE . . . . CCLLATIA &c. sed ex mendacio titulo nihil certi erui potest, unum, an duo epigrammata fue-

Videntur sane duo fuisse elegia; quia quia iugum matro alicui affixa sunt.

## XVI. Chororius.

Jam vero Chororium nescio quem Viennensem antiquitatem descriptorum nec usquam vidi, nec tantum fuit. Ejus sententiam ex Spouio in *Recherches des Antiquités de Lyon*. (quas nec videre contigit) infra pro me recitat Fabretus, nám. astiam venire ab eis, quia veterum sepulcra subdivalia erant, eoque sine umbra. Quam sententiam reperiisse approbatores suos, alibi observabis.

## XVII. Menetrierius.

Et hue usque, TANVCCI doctissime, per ducentos amplius annos ita de hujus formulae significatu decertatum fuit, nemo ut tamen in ea rei antiquariae summam verti putaret. At XVII. exounte saeculo fuere demum, quibus id aenigma utramque paginam ficeret, Et Menetrierio quidem plus causae fuit, cur multus in eo esset, propterea quod is Lugdunensem historiam scriberet; qua in proviucia ejus locutionis potissimum in sepulcris usus reperitur. At subinde exortus est homo Vrbinas, barum ille quidem litterarum, quantum nemo alias, callidissimus, sed tamen suis in bonos viros atque non raro importunior: quod hominis ingenium in hoc quoque aenigmate explicando se prodidit. Et bene est, quod bonus ille Reinesius, adversus quem immerentem amariore ibi verbo Raphael Fabrettus utitur, jampridem deceperat: nihil enim, TANVCCI, proprius fuisse, quam ut cruentata illa grammaticorum praelia (cujusmodi olim Philolephum inter & Graeculum quedam Timotheum super syllabae unius ~~exordia~~ exarsisse audivimus) redintegrata doleremus. Sed tamen fatendum est, ex horum duovirorum ~~agitate~~ excitata maxime fuisse criticorum ingenia, ut in hauc formulam sollertia inquirerent; & jam cum cibriores quotidiane spissioresque de ea re commentationes publici juris factas, Verum his missis, ex Menetrierio prius hauriemus, deinde & Fabrettiana producemus. Itaque Claudius Franciscus Menetrier in Historia consulari Lugdunensi (quam an. 1696. Lugduni edidit) sic *Preparatione ad eam*, hist. pag. 22. ostendit.

„ 1. Je ne puis omettre ici une ceremonie, qui paroit avoir „ eté singuliere pour nos Regusiens & nos Habitans de Lyon. „ C'est la dedicace de leurs Tombeaux, ou nous voions en „ la plupart la figure d'un instrument semblable a un Hoyau „ propre a remuer la terre, auquel ils donnaient le nom d' „ Aescia, qui se trouve en plus de cent Epitaphes en cette ma- „ niere

nieri sub Ascia dedicaverunt, ou dedicavit.  
 2. Je dis que c'etoit une ceremonie particuliére à ce pays,  
 parce que dans tout le grand recueil de Gruter, de Lipse,  
 & de Smece, il se trouve peu d'exemples de semblables Epi-  
 taphes en d'autres lieux, un seul à Rome d'un Homme  
 que je soupçonne avoir été de ce pays, & deux ou trois à  
 Vienne, & à Valence en Dauphiné, qui sont si proches de  
 Lyon, qu'il est aisè de voir, que c'est de cette ville, que  
 l'usage en étoit passé chez nos voisins: autre que ceux de  
 Valence sont nommez Segalauni, d'un nom qui semble avoir  
 la même origine que celui des Segusiens. Quoi que j'attende  
 de donner mes conjectures sur cet usage dans le premier  
 Livre de cette Histoire avec quelques exemples, je dois  
 ce me semble rechercher ici l'occasion de cette Ceremonie.  
 Guichenon qui a écrit l'Histoire de Bresse & de Bugey, en  
 rapporte douze exemples dans les Epitaphes trouvées en  
 ces pays là, & copiées avec peu de soin, comme on peut  
 juger par les fautes, qu'il y a laissées. Il y en a plus de  
 cinquantes de cette Ville dans Gruter: Mons. Spon en a pleu-  
 sieurs dans ses Recherches des antiquitez de Lyon; & j'en  
 ay decouvert de nouvelles, autre celles que je donneray ci  
 apres. En voici quelques unes, qui sont aupres de Four-  
 viere dans une maison nommée l'Angelique . . . .

D. adest ascia M.

ET. QVIETI. AETERNAE. DOMITIAE. EVTYCHI. . . .  
 ANIMAE. PIENTISSIMAE. QVAE. VIXIT. ANNIS. X...  
 III. M. III. D. XIII. DOM. .... NVS. HEVTYCHIA.  
 NIVS. DOMITIA. MYNNE. .... PARENTES. FILAE.  
 CARISS. ET. SIBI. VIVI. P. C. ET. SVB. ASC. DEDIC-  
 CAVERVNT,

CONIVGI. PISSIMO. DE. SE. BEÑE. MERITO. PO-  
 NENDVM. CVRAVIT. ET. SVB. ASCIA. DEDICAVIT.  
 3. Voici mes conjectures sur cette Ceremonie particuliére à  
 ce pays, dont je laisse le jugement & la censure aux savans de  
 l'antiquité. J'ay dit que nos Segusiens adoroient une Deesse de  
 l'Abondance, qui étoit *Segetia*, ou *Segusia*, la quelle n'étoit  
 autre chose que la Terre, adorée par les anciens inndeles  
 sous divers noms d'*Iiss*, de *Rhea*, de *Berecyntbia*, de *Ma-  
 ter Augusta*, *Magna Mater Idaea*, &c. Comme il falloit en  
 ouvrir le sein pour y creuser des Tombeaux, ou du moins  
 pour les y affermir, nos Segusiens, qui le faisoient avec des  
 Ceremonies accompagnées de sacrifices, quand c'étoit pour  
 semer & pour cultiver la terre, a l'exemple de ceux qui

22

„ établissoient les Colonies , voulurent aussi observer de semblables Ceremonies pour les Tombeaux de leurs proches.(26)  
„ 4. Enfin , je remarque que tous le même termes que l'on employoit pour les exercices de la Religion Payenne , & pour le culte des Dieux , s'employoient pour l'Agriculture , & que comme la terre levée par le soc au dessus de sillons se nommoit *Ara* (27) , d'où éroit derivé le mot *Arare* , pour labourer ; on donna le même nom aux Autels , qui ne furent au commencement que de terre , ou de gazon . On faisoit donc a peu près les mêmes ceremonys pour le tombeaux , que l'on consacroit aux Dieux Manes , & sur lesquels on elevoit un Autel ou Cippe quarré (28) & quelquefois rond , sur lequel se gravoit l'Epitaphe .  
„ 5. Nos anciens Lyonnais consacroient donc aussi leurs Tombeaux , & comme l'instrument dont ils se servoient pour ouvrir la terre se nommoit *Astia* , ils disoient aussi *sub Astia dedicare* , pour cette espece de dedicace où de ceremonie .  
„ 6. Nous avons un rare Monument , où cette ceremonie est parfaitement bien représentée , c'est un Cippe d'un beau marbre blanc , où Julius Marcianus Decurion de la Ville de Lyon fait lui même la ceremonie de la consecration du tombeau de sa femme . Il est vêtu en Prêtre devant un Autel , dont le feu est allumé , il tient en main un rameau de Verveine , qui éroit l'herbe sacrée , avec laquelle il fait les aspersions sur le feu , & au pied du Cippe est la figure de la Gasche , avec laquelle on ouvroit la terre . La formule ordinaire *sub Astia dedicavit* , ne s'y voit point , parce que la ceremonie y est représentée , & il y est lui même consacrant actuellement le Tombeau (29) CÖNIVGI. RARISSIMI.

,, EXEM-

(26) Quae heic Auctor subjicit de ritu deducendae coloniae , operae non sicut hoc comportare , quippe trita & vulgaris , nec plane prorius ad veritatem exacta . Satis erit Ovidii locum IV. Factorum , quem recitat , produxisse , fortasse in sequentibus usui futurum .

*Inde premens stivam designat moenia sulco ,*

*Alba jugum , niveo cum bove vacca tulit .*

*Possa fit ad solidum , flores jacinti sursum imo :*

*Eo de vicino terra perita loco .  
Tossa repletur basi , plenaque*

*imponitur aræ ,  
Et novus accenso funditur igne focus .*

(27) Ubi *Ara* pro *sulco* reperitur nulquam id equidem reperi .

(28) *Ara* in re sepulcrali quid sit norunt eruditii . Vel vide Tabrettum pag . 107. 108 .

(29) Vide id monumentum hujus epistolæ initio . Cave autem putes ex sacrificiis illius habitu gestu quo quidquam colligi posse , quasi in dedicationem *sub astia* peragat . In extrema quidem cippi ora actiola (sive securicula est ; non enim probet interoscitur ) scalpitur . Sed n*on*

„ EXEMPLI. MEIQ. AMANTISS. QVAI. VIX. MECVM.  
„ ANN. XXIII. D. XV. SINE. VLLA. ANIMI. LAESIO-  
„ NE. IVL. MARCIANVS. DEC. C. C. C. L. AVG. LVG.  
„ EQ. FVNG. (30) VIVVS. SIBI. POSTERISQ. SVS.  
„ P. C.

25

hil inde excupi potest. Ac bene est quod Menetrierius monuit, deesse in hoc cippo formulam *sub aescia ded.* Nam nisi caute id praemonuisse; cui non imponeret id quod figurae itius incisor sub sacrificio de suo posuit, ET. SVB. ASCIA. DECICAVIT? quando post disertam Menetrierii confessionem, tamen reperitus est Auctor *De religione Gallorum*, infra producendus, qui num. 21. in ea subscriptione SVB. ASCIA. DECICAVIT sic triumphat, quasi minime sit dubitandum, quin sacerdos iste in *Dedicazione sub aescia* peragenda sit occupatus. Exspecto dum sacrificio icti aesciam in manus tradiderint, terramque egerentem exhibuerint. At ne sic quidem pedibus in eorum sententiam ibitus, Mihi quidem Sacerdos ille non alius est quam MARCIANVS ipse; qui duplice honore, decurionatus & Auguſtaliſtis Lugduni utebatur ( si modo recte notas interpretor. DBC. C. C. C. L. AVG. LVG. i. e. *Decurio coloniae Copiae Claudiæ Lugduni, Auguſtaliſtis Lugduni* ) Augustalitatem porro genus Sacerdotii fuisse nemo ignorat: eaquo gratia Marcianus sacrificans inducitur. Nam certe studia & profesiones in epitaphiis insculpi, lapides omnis aevi testantur.

(30) In marmore sine dubio erat EQ. SING. *Equum* porro *singulare* ipsius nominis titulus crebrior est mencio, utra ut docto Auctori id latere debet. Quid ii fuerint, vide praeter ceteros Fabrettum pag. 354. & seq. ubi ex Hygini Gromatico demonstrat, *gradus militiae* consistuisse *Prætorianæ proximum*, *tum munere custodiæ*, *tum prætoris vicinia*. Nec aliud addam de gradu militiae hujus, de qua copiose ac scite Fabrettus loco cit.

At de originatione nominis pon-

minor est quaestio. Reinesius quidem ad Cl. I. 16. *singulares dictos* potuit, quasi uno equo merentes. Sed Marcellus Donatus ad Suetonium in Caes. cap. 39. *singulares* interpretatur *excellentes*. Frigidæ originatio. At illud minus ferendum, quod eam sententiam rejicit, quas *singulares* & *desultores* eosdem facit. Placuisse videtur haec, quae a Marcello resellitur, sententia Salmasius, qui eam obiter firmat ad Vopisci Carrum cap. 19. ad illud *Exhibitus & ludum Saromaticum* &c. Eamque verissimam puto; quam ( praeter ea, que ibi Salmasius assert ) distractis verbis reperi in Isidori Glottis, ubi sic legitur: *Desultores: singulares. Desultores autem, quos gloffographus singulares interpretatur, non alios, quam quos vetus Latium desultores vocabat, fuisse, ex Gloffis optimis Graecolatinis colligo, ubi sic ponitur: Desultor: pemphætæ. Sane pemphætæ desultorium verbum fuisse, fine me docebit Salmasius loco cit. Ergo pemphætæ idem qui desultor ( qui & desultor ) hic autem ex Isidori Glottis non talius, quam Singulæris.*

Sane evicimus, *singulares* non aliud significare, quam *desultores*. Verum non adhuc expeditam puto rationem, cur *singulares* dicerentur, Evidem eam appellationem ab equis transfisse ad equites, non dubito. Equi αἵρετοι erant qui ad currum juncti non essent. Idem & *similes* in vetere epigr. quod recitat Salmasius dicebantur.

*Lunæ biga datur semper, solique quadriga,  
Castoribus simili ritus dicuntur  
equis.*

Idem pari ratione & *solitarii* vocabantur & *singulares*, ex eo scil. quod juncti non essent. At ea appellatio se ad eum qui equo singulare

Adstat Sacerdotis Icon sacris operantis, & in extrema  
cippi ora asciola ( an securicula? ) scalpta visitur. Videbis co-  
tius monumenti typum ( qualem Menetrierius loco cit. inseruit)  
hujus epitolae initio.

„ 7. Le Pere Claude Perry en son Histoire de Chalon sur  
„ Saône, a remarqué qu' aux murailles de la Citadelle, du  
„ côté de Saint Jean des Vignes, on voit une petite statue  
„ d'une femme assise, qui tient sur ses genoux une Corne d'  
„ Abondance, & toute sorte de fruits. C'est notre Deesse Se-  
„ gufia, ou Segetia (31) aussi y a t'il en ce pays - là quelques  
„ Inscriptions avec la formule sub Ascia. En voici trois . . .  
„ La première est au Village de Rully . . . VIXIT. AN-  
„ NIS. XVII. MENSIBVS. V. DIEBVS. XII. PONEN-  
„ DVM. CVRAVIT. ET. SVB. ASCIA. DEDICAVIT .  
„ La seconde est . . . au Village de S. Martin des Champs . . .  
„ HERMIANVS. CONIVGI. PONENDVM. CVRAVIT.  
„ ET. SVB. ASCIA. DEDICAVIT. La troisième a été tirée  
„ des anciennes murailles de la ville . . . D. M. ET. ME-  
„ MORIAE. VEGETINIAE. ROMANAЕ. MEMMIVS.  
„ RVSTICVS. MILES. LEG. V. VICTRICIS. ANTONI-  
„ NIAN. CONIVGI. INNOCENTISSIMAE. LOCO. PE-  
„ REGRINO. DEFVNCT. P. C. ET. SVB. ASCIA. D.

Atque hoc usque ex viri docti *Præparatione* hausisse suf-  
ficiat: nam quae ibidem sequuntur, merat sunt inscriptiones  
per saturam collectae; quarum pleraque formulam *Dedicatio-*  
*nis sub ascia* complectuntur: cuius generis passim per totum  
etiam Lugdunensis ejusdem auctoris Historiae lib. i. inspersae  
leguntur: quas mox in unum fasciculum colligam.

Nunc

vehebat, transit, ut is & *Singulator* (in Glossis Gr. Lat. *Singulator*  
redditur *ἱππας κάνη*, i.e. eques  
desfutor: Hesychio idem dicitur  
*μονότρως*, quod examinum *singulatori*  
responder: celebris est is locus  
Hesychii: *Κάνη*, *ἱππος μητέρας* . . . *καὶ μονότρως*) & *singulatores*  
inquam diceretur, & *singularius*,  
(ut in inscriptione apud Grut. 1028.  
2.) & maxime usitato vocabulo *singularis*. Itideum Graecum *κάνη* &  
de equo desfultorio dicitur & de  
equite desfultore. Ergo, ut vela con-  
traham, *desfutores* (i.e. ii qui bi-  
nos trahebant equos, ut inter acer-  
rimam pugnam, ut loquitur I. ivius,  
in recentem equum ex fesso transful-  
larent) quia binos equos, nos autem

non junctos, sed *singulares* trahe-  
bant, ut ex uno in alterum desili-  
rent, inde & *singulatores*, & saepius  
*singulares* dicti fuere: at in uno  
equo merentibus non erat pericu-  
lum, ne *junctum* intelligeres; unde  
nec equi nec *singulares* *fan-*  
*gulatores* dicabantur. Atque *equi*  
prope praetorium templa, *equites singulares* inserviebant  
Caesaris, aut Augusti, sive Aug.,  
aut Aug. N. in elogis nuncupantur.  
Haec habui, que ex Glossis veteri-  
bus de nomine & etymo singularium  
explicarer.

(31) Aut quodvis aliud numen  
scil. Pauci sunt in nominis & ana-  
glyptis dii cui non corna abundan-  
tiae adpingatur.

Nunc ad ejusdem Menetrierii Consularem Historiam Lugdunensem proprio, ubi diversam ab ea, quam in Praeparatione docuerat, ejus simulacrum interpretationem sequitur. Ergo lib. i. pag. 52. postquam hanc inscriptionem:

D. M. ET. MEMORIAE. AETERNAE. SEXTI.  
TERENTI. LVCILLI. PVERI. DVLCISSIMI. QVI. VIXIT. ANNIS. XIII. DIEBVS. XXXXVII. FELICIANVS.  
AVG. N. VERA. EX. DISPENSATORIB. PATER. ET.  
SATRIA. LVCILLA. MATER. PARENTES. FILIO. KA.  
RISSIMO. PONENDVM. CVRAVERVNT. ET. SVB.  
ASCIA. DEDICAVERVNT.

recens Lugduni effossam recitasset; in cuius inscriptionis late  
re ascia exsculpit: inde occasionem arripit hujus formulae  
fusius exponendae. Praefatus igitur hoc mysterium latuisse  
ante se cum omnibus inscriptionum collectoribus, tum etiam  
Gutherio, Guichardo, Kirchmanno ceterisque rei funerariae  
Scriptoribus, ( dum alii spectant ad legem decemviralem  
ROG. ASCIA. NE. POLEITO, alii ad Graecum deinde re  
ferunt &c. ) deinde ultimo versu pag. 52. sic orditur.

„ 1. L'instrument representé sur les Tombeaux des Payens n'  
„ est pas une hache, ny une douloire à couper & aplani le  
„ bois; mais une gasehe à detremper la chaux, que l'on nom  
„ me à Paris un rabot, & en terme de Blason un rustre, du  
„ mot Latin *raturum*, ou *ratabulum*. Vitruve nomme cet in  
„ strument *Ascia*, dont il dit, que l'on se sert à gâcher la  
„ chaux & le mortier. *Macerata calx ascia dolatur*, dit-il au  
„ livre 7. de l'Architekture chap. 2. & c'est de ce mot *Ascia*,  
„ que l'on a fait le terme de gacher, dont on se sert en ce  
„ pays, & non pas du mot Alleman *Vasser*, qui signifie de l'eau,  
„ comme Nicod l'a imaginé en son Dictionnaire.

„ 2. Sidonius Apollinaris, en une lettre qu'il écrit à  
„ Secundus Apollinaris son Neveu, fils d'Apollinaris son  
„ frere, nomme ce même instrument, *Rateau*, ou *Rabot* fu  
„ nebre; lors qu'indigné contre ceux qui avoient profané le  
„ lieu ou étoit le Tombeau de son ayeul Apollinaris, qui avoit  
„ été Prefet du Pretoire, c'est à dire, Gouverneur des Gau  
„ les, il dit: Je n'ay pu retenir ma colere & mon indignation,  
„ lors que passant auprès du Tombeau de vostre bisayeur, & de  
„ mon Ayeul, le Grand Apollinaris, j'ai aperçus qu'une troppe  
„ d'Infidelles s'étoit approprié le Champ où est ce Mausolée,  
„ & que le considerant comme un lieu abandonné, ils y portaient  
„ indifferemment les corps qu'ils vouloient inhumer, & avec  
„ leurs ceremones impies y creusaient des tombeaux à ceux qu'  
„ ils vouloient. Us locum auderent sanguinum vacantem corporum  
„ & baus.

„ *bajuli raffris funebribus impiare.* l.3. Epist. XII. Ce Saint qui  
 „ étoit sorti de Lyon pour aller à Clermont, vit de loin ceux  
 „ qui travailloient dans ce Champ autour du Tombeau de  
 „ son Ayenl, & mis d' indignation contre ces impies, il y  
 „ courut, & les maltrata: puis étant revenu de ce premier  
 „ emportement, il rentra dans la Ville, & alla s' accuser au  
 „ Saint Evêque Patient, de ce qu' il avoit fait, lui demandant  
 „ pardon. May le Saint Evêque, dit-il, bien loin de con-  
 „ damner mon emportement, loua mon zèle d' avoir châtié  
 „ ces impies.

„ 3. Voici la figure de ces instru-  
 „ ments, dont on se servoit, pour  
 „ ces ceremonies, tirée d'un Tombeau  
 „ antique.

„ 4. C' étoit donc la costume,  
 „ quand on consacroit ces Tombeaux  
 „ aux Dieux Manes, que celui qui  
 „ faisoit cette dédicace, prenoit du  
 „ mortier avec uno Gâche, & la  
 „ mettoit le premier avec ceremonie dans le creux, sur  
 „ lequel on vouloit placer ce Tombeau, ceremonie qu'  
 „ on a retenue dans les premières pierres des Eglises,  
 „ des Monastères, des Palais, & des autres Edifices pu-  
 „ blics, où les Princes, les Prelats, & les Magistrats,  
 „ une trouille d'argent, prennent du mortier, & en font l'af-  
 „ fise de cette première pierre. Voilà le mystère de ces paro-  
 „ les *sub ascia dedicara*, qui avoit échappé à tous nos Savans,  
 „ & qui n'est pas une digression hors d'oeuvre en cette Histoï-  
 „ re, puisque c' est en cette Ville, & en cette Province, que  
 „ les Antiquaires ont remarqué, que l' usage en étoit plus  
 „ frequent qu' ailleurs; & dont je donne ici autant d'exem-  
 „ ples que j' ay pu decouvrir de pareilles inscriptions. L'une  
 „ des plus considerables, est celle d'un Augustal, dont il ne  
 „ reste, qu' une partie du nom. Elle étoit grande & écrite sur  
 „ trois grands quartiers de pierre, qui ont été dejoints, &  
 „ employez à bastir la porte du bourg de S. Irénée . . . . .  
 „ ONDANIVS. COR. . . . . I . . . . . VIR. AVG.  
 „ LVGDVN. NEGOTIATOR. ARGENTARI. VASCV-  
 „ LARIVS. SARCOPHAGVM. S. S. ( *quod Maner. inter-  
 „ pretatur suo sumptu; quam potius sit supra scriptum, ut mox*  
 „ INFRA SCRIPT.) VIVVS. SIBI. INSCRIPSIT. VT.  
 „ ANIMAE. ABLATAE. CORPORE. CONDITO. MVL.  
 „ TIS. ANNIS. CELEBRA RETVR. EOQVE. FATO. En  
 „ un morceau placé plus haut on lit: IVLIVS. NVMIA,  
 „ NVS.



„ NVS. FRATER. POSVIT. Et au dedans de la porte :  
 „ HAEC. OMNIA. SVB. ASCIA. DEDICAVIT. Avec  
 „ une grande moulure au dessous, qui marque, que ce de-  
 „ voit être un superbe mausolée d'un jeune homme, . & qu'  
 „ il y avoit là même un autel , . . sur le quel autel l' Augu-  
 „ stal avoit mis son nom.

Haec sunt, quae Vir doctus lib. i. Hist. Lugd. de ejus formulae significatu disputat, diversa plane, ut initio monui, ab iis, quae in sua Praeparatione docuerat. Qui deinde pag. 54. & seq. ac toto late ejus historiae libro primo (ut & in Prae-  
par.) multa passim monumenta eamdeni formulam continentia inspergit: quae nequid ex viri eructi labore depereat, con-  
tuli in subjacentem notationem (32) sicuti forte usui esse pos-  
sint.

## XVIII.

(32) Lugdunenses Menetrierii in-  
scriptiones complectentes hanc for-  
mulam (praeter eas, quae aut in  
superioribus productae sunt, aut in-  
fra passim proferentur.) in unum  
heic fasciculum colligere statui, &  
quidem ordine alphabeticō nominis  
num, quae primo ponuntur, obser-  
vato.



I. Menetr.lib.i. Hist. Lugd. pag.  
94.  
D. M. &. memoriae. aeternae. ANTO-  
NI. Constantis. Pat. Leg. XXII. Prae-  
missus. (a) donata. missione. casris.  
inter. ceteros. conveseratos. suos. re-  
vocatus. quisque. bello. interfactus.  
obis. Atria. Florentina. conjugi.  
carissimo. & fibi. vixit. pone-  
dum. curavit. &. sub. ascia. dedica-  
vit.

(a) Pro PRAEMISSVS legē PR.  
P. F. MISSVS. erat scilicet Antonius  
Constantis Veterans legions XXII.  
Primigenia piso felicis, vel fidelis  
{ Nota est in pluribus marmoribus ea  
legio: exempla reperies & in his  
Menetrierianis, & multo plura in  
indic. Grut. in Quas ad rem milita-  
rem) missus beneficia missione &c. ac  
deinde REVOCATVS, quod alibi  
legitur EVOCATVS.

II. Idem in Praepart. ad hist.  
Lugd. pag. 94.

Et. memoriae. aeternae. (b) Mu-  
toni. restituti. ciens. Triboci. nego-  
tiatoris. artis. macellariae. dominis.  
probissimi. qui. defunctibus. est. ante.  
XXXX. ann. ill. d. XVIII. Ruttonia  
Martioda. conjuxici. quae. cum. eo.  
vixit. Ann. VIII. D. VIII. fine. ulla.  
animi. laetione. et. Massonius. Ger-  
manus. reliqui a. patre. Ann. III.  
Men. I. D. XII. et. Mattonius. Re-  
spectissimus. Men. VIII. fil. et. baer-  
des. poneundam. curaverunt. fibi. vi-  
xi. sub. ascia. dedicaverant.

(b) Suspicer legendum M. AT-  
TONI. & infra M. ATTTONIVS &c.  
et Grut. 647. 5. hanc inscriptionem  
referens, etiam MATTONI habeat,  
At apud eundem Grut. LXIV. 6. oc-  
currunt Secx. ASSONIUS. Privatus.

III. Idem Praeparat. pag. 34.  
D. M. et memoriae. aeternae. Aufidi.  
Militaris. qui. vixit. ann. XXVI.  
cujus. suprema. talia. fuerunt. vic-  
sens. inturans (c) per. annam. Ar-  
ror. subito. casu. abrepitus. Hunc.  
rumulum. posuit. L. Ignius. Char-  
ia. fortissimus. et. Claudiatus. Bul-  
ciculus.

Acicu. (d) *soror. abt. postrisq; suis.*  
et. sub. *ascia. dedicavit.*

(c) Queritur heic Menetrierius pro CVRAM alios legite CVRRV, alios CVRAM, non animadverentes CVRAM accipi pour une ferme selon Ulpian en la ly. Absens (imo in lo. Heres absens). Si quis suscetam. D. De judicis. At verba Ulpiani in ea legi haec sunt: *Si quis custelam vel CVRAM vel negotia, vel argentiariam, vel quid alius, unde obligatio erit certo loci administravisse;* est ibi domicilium non habuit, ibi se debebit defendere. Quid heic CVRA cum une ferme commune habet? At equidem in nostra inscriptione CVRAM acceperim eam, unde CURIOSI dicti fuere, qui & Agenies in rebus & Frumentariis appellabantur, qui ad principem deferebant quaecumque per privatas domos rinnati essent; de quibus apud Tert. & in utroque Codice. Curiosi etiam sicut tum ii qui cursus publici curram agerent, tum qui hiiorum, ne quis illicitas merces exportaret, l. 2. 4. 5. ult. Cod. Th. de curiosi. lib. 6. tit. 29. Et l. p. n. Ne Praefect. Exalt. vel Curiosi. eod. Cod. Curarum jas in Cod. Jutinianeo odem pertinet. Occurrunt curiosi horum Nov. un. Th. & Valent. De trib. fisc. Videntur sine in scholas suisse distincti, unde Primi scolarum curiosi l. 6. de Curiosi. Cod. Th. Postremo ut historum curiosi fuisse, de quibus modo dicebamus, sic, opinor, & riparum & fluminum navigabilium, qualis notter Aufidius fuit, qui iens in egran per amnum barim, subito caju abruptus est.

(d) DVLCICNS. SOROR. Faelle legerim DVLCISSIMVS SORORius. Sororis est sororis meae maritus. Apud Grut. 1052. 11. COGNATVS. DVLCISSIMVS. SOROBIG. AMANTISSIMO.

IV. Idem diff. sur l' origine de la Ville de Bayeux.  
D. M. Abrisias. Sevras. viva. sibi. posuit. postrisq; suis. adficiens. et. livatis. et. sub. ascia. dedicavit.

Cens Aribisias apud Grut. 933. 9.

V. Idem lib. 1. hist. Lugd. pag. 124.

D. M. et. quieti. aeternae. Aureliae. Munatiae. Conjugi. carissimae. et. incomparabili. quae. vix. ann. XXIII. mens. VI. dieb. IX. Quincio. Aug. lib. tabularius. XXXX. Galliarum. sub. ascia. dedicavit.

VI. Idem lib. 1. Hist. Lugd. pag. 130

D. M.  
M. aeternae. Cl. Rufini. Cl. bunc. vivi. Syrgias. Rufinus. all. umbras. instituit. titulum. post. animae. requie. qui. restis. vitae. fatis. sit. legi. futurus. cum. domus. accipiter. saecula. corpus. babens. quodque. meathe. resinet. vobem. dara. litera. saxon. voce. tua. vivet. quisque. leget. titulos. Roffio. bic. suis. est. juvenili. robore. quandam. Qui. sibi. moxque.

Nurris. Marciarae. item. Veriae. Conlaetiae. bac. monumenta. dedit. et. sub. ascia. dedicavit. Curante. Cla. Sequente. patrono.

Haec allata fuit supra in Ferretio. Sed est a Menetriero multis modis correctior: & quidem ut una sit inscriptio, non duæ, contra ac ibi ( quamvis non temere ) augurabamur.

VII. Idem lib. 1. hist. Lugd. pag. 136.

D. M. et. memoriae. aeternae. Faustini. M. Aureli. infantis. dulcissimus. et. incomparabili. qui. vixit. annis. VIII. M. II. D. XIII. qui. sibi. ante. mortem. rogavit. quam. parentibus. suis. C. Jul. Maximus. filiastro. et. Aurelia. Faustina. Mater. unico. filio. de solis. P. C. & sub. ascia. dedicaverunt. multis. annis. vivas. quas. dixerit. Arpagi. tibi. serram. levem.

Refertur a Grutero pag. 682. 96 cum ascia icuncula, que in Menetriero abest. Multa autem ad hanc titulum ( quem a Sponio in Antiquit. Lugdun. cap. 2. page 47, non intellectum conqueritur ) commentatur Menetrierius, haud multo ipso Sponio felicior.

Ac primum coniicare ait,   
Fathilo patrem suum alijm ab Iac  
liq

30 Maximo. Quis conjecturae locus, ubi res ipsa loquitur? nam primum Julius Faustinum *Filiastrum* appellat (vocabulum in inscriptibus usitatum tum Fabretianis, tum apud Grut. 68.8, pro privigno: quod retinuit sermo Italus in voce *figliastro*) deinde elogii initium **FAVSTINI**. M. AVRELI non aliud significat, quam *Faustini* (qui fuit filius) M. Aurelii.

Deinde mira est illa conjectura, quod a Faustina Augulta ineditum hunc Faustino nomen putat. Nihil proprius erat quam, ut a Faustina matre, cuius meminit marmor, filius Faustini nomen acquireret: cuius moris sextenta sunt in faxis exempla.

Adhaec ex Graecis nominibus, quae in Lugdunensibus memoriae occurunt, sive in Lugduni Graecae linguae usum, colligit. *Αἴσιος*. Ubi non servorum aut libertinorum Graeca nomina aut cognomina?

Poitremo recte quidem illud **ARPAGI** ad *ἀρταγῆν* referit. Sed immerito expoitulat, id, se docente, Sponium non intellexisse. Nec alias, credo, intelliget, nisi porro addas, venire non ab *ἀρταγῆν* substantivo, sed a participio *ἀρταγέταις* *raptus*; cuius vocandi causus exhibet in eis, sicut a *χαράμε* fit *χαρά*. Multis amissi vivat, qui dixerit **ARPAGI** (i. c. o rapte) tibi terram levem.

**VIII.** Idem lib. 1. hist. Lugdun. pag. 82.

D. M. Bouge. memoriae. et. spei. aeternae. spiritu. quoq. incomparabili. Feliciae. Miniae. feminiae. raiissimae. castitatis. exempli. affectionis. plenissimae. erga. omnes. homines. Julius. Primitius (fort. *Primitivus*) Dec. C. C. C. Aug. Lugd. conjugi. incomparabili. quae. vixit. an. XXXII. mens. V. dies. III. sine. ulla. querela. sibiique. vivus. fecit. et. sub. alesia. dedicavit.

Illud C. C. C. Aug. Lugd. est *Coloniae Copiae Claudiæ Augustæ* Lugduni, quod δολογεαματως reperitur pag. 83, lib. 1. apud Menetr. & apud Grut.

**IX.** Idem lib. 1. hist. Lugd. pag. 69.

VS. Felicissimus. Filij. et.赤 redes. pon. curaver. et. sub. alesia dedicaverunt. curant. Savio. Dovico. et. Glaucio. tutorib.

**X.** Idem lib. 1. hist. Lugd. pag. 78.

Graecas. Demincilias. et. L. L. Heliodori. IIIII. VIR. Augustalis. Prima. Prima. mari. Karissimae. et. conjugz. pienuissimo. pondendum. curavit. et. sub. alesia. dedicavit.

In Grut. 418. est paullo aliter: CRASSIAE (cum tertio clemento) EMINCILLAE. LIT. HELIODOR. &c.

**XI.** Idem lib. 1. hist. Lugd. pag. 78.

D. M. et. securitati. aeternae. Julia. Marcia. conjunx. M. Caejon. viro. quondam. sibi. carissimo. II. VIR. Aug. C. C. C. Aug. Lugduni. vivi. in. iug. posuit. et. sub. alesia. dedicavit.

Est apud Grut. 382.1.

**XII.** Idem lib. 1. hist. Lugdun. pag. 59.

D. M. M. Justini. Marcelli. infantis. dulcissimi. qui. vivit. annum. unum. Dies XXXXVII. M. Justinus. Secundinus. et. Primana. Marcellina patres. amissione. ejus. orbiti. P. C. et. S. A. DDC.

Est apud Grut. 692. 1. ubi PRIMANIA pro Primana. Alesia utroque scalpitur.

**XIII.** Idem Praep. pag. 40.

D. M. et. memoriae. aeternae. Laniae. Galatiae. N. Graecae. feminae. sanctissimae. quae. vivit. an. XXX. sine. ulla. animi. lastone. Q. Julius. Hylas. conjugi. piissimae. quem. tumulum. duplicem. posuit. et. sibi. vivus. posterisque. iusi. et. sub. alesia. dedicavit.

Est apud Grut. pag. 799. 1. Tumulum duplicem intelligo quem DISOMVM appellatum reperio in epo.

epigrammate apud Gutherium in L.  
De jur. Pont. 24. P. adiuns. Venetia-  
nus. doc. vaf. diformans. fibi. et. Fe-  
licitatis. suae. posuit.

XIV. Idem lib. 1. hist. Lugdum.  
pag. 116.  
D. M. et. memoriae. aeternae. G. Li-  
berti. Decimani. civi. Vicmense. nauis.  
Ararice. bonorum. parvularioro. Lug-  
densi. confitenti. Mariana. Marcia.  
qui. cum. ea. vixit. ann. XV. mensi-  
bus. III. diebus. XV. fine. ulla. animi.  
laesione. ponendus. curavie. et. sub-  
scia. dedicavit.

Resertur a Grutero pag. 428. 10.  
cum  
hac  
fer-  
me  
a-  
fciac  
ico-  
ne;



apud quem haec discrepant . 2. C.  
LIBERI. Sed malo LIBERI-  
TI. ut sit gens Liberia. Cetero-  
qui patrius casus in simplex I exi-  
bat . 2. MATKONA: MARTIA-  
NI. CONIVGI. KARISSIMO. QVI.  
CVM. EA. VIXSIT. ANNIS. XV.  
&c. Vides jam plura in Grutero esse,  
LVGVDVNIs ex errore scriptum  
fuit, nam sic non raro in faxis repe-  
ritur, ut apud Grut. pag. 588. & 399.  
& apud Sponium pag. 171.. eaque  
vetus scriptura fuit, telle Dionae  
Cassio lib. XVII. τὸ Λυγδύνον μη,  
οὐκανάδιν, νῦν δὲ Λυγδύνον καλεί-  
ται. quod autem Lugdunum voca-  
tum fuit, nunc autem Lugdunum,

XV. Idem Praesparat. pag. 42.  
D. M. et. memoriae. aeternae. Mar-  
cellinae. Saliciae. filiae. animae.  
sanctissimae. et. variissimi. exempli.  
quae. . . . vixit. annis. XXII. M.  
P. D. IIII. fine. ulla. animi. conjugis.  
sui. laesione. integro. corde. felix.  
etiam. in. eo. quod. prior. occupa-  
vit. Martii. . VD. (fort. Martinus  
aut M. Axinius) maritus. suae. ca-  
rissimae. et. fibi. vius. P. C. et. sub-  
scia. dedicavit.

Resertur a Grut. pag. 804. 9. in

pancifinis discrepans. In eo MAR-  
CELLINAE. SOLICIAE. FILIAE  
videtur in huius Marcellinæ ma-  
trem fuisse Soliciam.

XVI. Idem lib. 1. hist. pag. 54.  
Salvio. . . . . es. subscia  
dedicavit.

XVII. Idem lib. 1. hist. pag. 54.  
D. M. et. memoriae. aeternae. Ia-  
vorum. Afferis. et. Victorinae. Coniugi.  
ejus. et. Victorin. filiae. eni. m. De-  
vicius. lib. pen. curau. et. sub. scia.  
dedic.

Resertur a Grut. pag. 953. 9.

XVIII. Idem lib. 2. Hist. Lugd.  
pag. 67.

D. M. memoriae. aeternae. Fortinias.  
Victorinae. feminæ. varissimæ. sto-  
lariae. quondam. Spirito. incompara-  
bili. Tertinias. Severianus. G. tq. illa  
Aug. cust. Paternia. (tort. Tertia.)  
Victorina. et. Tertia. Tertinia. filiæ.  
et. s. AS. D.

In latere dextro KAIPĒ NIKA-  
CI & latere sinistro YΓΕΙΑΙΝΕ NI-  
KACI.

Resertur a Grutero pag. 563. 7.  
cum his discrepantibus: memoriae.  
perenni. qui aeti. (sic) aeternae. Ter-  
tiniae. &c. . . . Tertinia. Se-  
verianus. 7. leg. 21. . . . et.  
Tertinia. Tertia filia. P. C. ET. S.  
AS. D. XAIPE &c.

Sane in duabus non alibi obviis  
voculis STOLATAE QVON-  
DAM habebunt quo se exerceant rei  
vettiarie scriptores: de quo praelat  
tacere, quam incerta dicere. Si τὰ  
STOLATAE in laude ponitur; quid  
in eo singulare, quum itola matronis  
omnibus communis fuerit? An potius  
STOLATAE heic idem quod  
manunisiae? Prorsus sic censeo. Nam  
ancillabus manunisia itolam con-  
cessam interdum (interdum, inquam,  
non patim: idque integr Victorinas  
laudes heic merito proponitur) fuisse,  
possimus ex Quintiliano decl.  
342. dicere. Hanc, de qua queri-  
tur, dicto voluntate tua esse in liber-  
tate. Hoc quomodo prob? Quo uno  
probari posse? . . . . Et viden-  
tis

te se , & spēllante , babis̄ mātra-  
nūs suis . Hoc satis erat , nū iam  
pōsta nulla eff̄ consecuta . An vero  
mōus in hoc pūsumus eff̄ mōmen-  
tum , ut cīcūrōres māncipium ,  
aut si urā rōce liberum eff̄ iūseris ,  
quām si babis̄ dederis , STOLAM  
DEDICRIS ? QUD NE MANVNS-  
SIS QVIDEM OMNIBVS CONTIN-  
GIE . Vides ut Declamatio atque  
haēc quantivis p̄tii inscriptio mu-  
tuam sibi ac mirificam lucem affun-  
dunt . Dices , libertis̄ Græca suisse  
cognōmina , aut certe basbara ,  
non Latina , ut heic VICTORIÆ .  
Ajo , plerūque ( non semper ) id  
verū eff̄ . At & Victorinæ huic  
Græcum suisse anteā nōmen NIKA-  
CIC , latera inscriptioni testantur .  
Quæ ubi manūmilla fuit , simul gen-  
tium Tertiniæ nōmen a patrō  
( qui videtur ei & maritūs tuū fū ) , uti  
patet ex filiarū nominib⁹ ) accep-  
pit , simul etiam pristinum NIKA-  
CIC in ejusdem līgnificatione VI-  
CTORINA commutavit . Ergo ex  
hac p̄aeclari inscriptione hoc etiā  
assequimur , unum ex manūmilla  
eff̄ectibus & hūc interdūm suisse ,  
ut Græca anteā nomina in ejus-  
dem līgnificatione Latina transirent .  
Pott̄mo quod heic STOLATAE  
QVONDAM dicitur , id in sequen-  
te inscriptione fine ullā ambage sic  
ponitur : LIBERTAE . QVONDAM .  
ET . CONIVGI . CARISSI-  
MAE .

XIX. Idem Praepar. pag. 28.  
D. M. et. quiesci. acerinae. Vérinidae.  
Ingenuae. Libertas quondam. et. con-  
iugi. carissimae. quae. vijgi. mecum  
annis. XXII. Ad ill. D. III. fine. ullā.  
animi. laesura. C. Verecudinia. Ve-  
rinus. veter. leg. XXII. P. F. coniux.  
et. parvus. et. Verecudinia. et. Ve-  
rinus. et. Vera. filia. mari. Karissi-  
mae. et. sibi. vivi. ponendum. cura-  
verunt. et. sub. ascia. dedicavunt.

Referunt a Grut. 567. & ubi AN-  
NIS. XVII. pro XXII. Gudius ad-  
notat , in lapide a se viso eff̄e VE-  
RECVNDINVS & VRECVNDE-  
NA . Hoc amplius in Grut. reperi-  
tur LEG. XXII. R. P. F. sed corri-

gendum XXII. PR. P. B. Vide nota-  
ta ad inscriptionem I.

In hac p̄oro femina , cui mo-  
moria ponitur , ne quis putaret t̄s  
INGENVAB ( quod ei cognomen  
fuit ) ad itatum five conditionem  
pertinuisse ; idcirco , opinor , addi-  
tum fuit LIBERTAE QVONDAM  
etc.

XX. Idem in Praeparatione ad  
finem pag. 32.

D. M. et. memorias . aeternae . T.  
Vettij. Decimini. Veterana. Leg. VIII.  
immanu. consularis. boninis. optio-  
ni. et. verecundissimi. et. probissimi  
Mercurialia. Cifata. conjugi. Karissi-  
mae. et. Decimina. filia. vivas. po-  
nendum. curaverunt. et. sub. ascia  
dedicaverunt.

Illud IMMVN Sponius Recb.  
de Lion cap. 8. pag. 139. legionis  
VIII. cognomen putavit . Male .  
Nec tamen eam significationem ha-  
bet , de qua Fabret. agit pag. 449  
450. Erat hic opinor , immunitatem  
consecutus beneficio Consularis ali-  
cujus , ( cuius proinde Vettius bene-  
ficiarius erat ) quem consularem ta-  
cer inscriptio . Quod sequitur HO-  
MINIS OPTIMI , refer ad Ver-  
tum .

XXI. Idem in Praeparatione pag.  
33.

D. M. et. quieti. aeternae. C. Victorij.  
et. uricis. fr̄e. Quiuronis.  
Cio. Lug. corporis. inter. Uriclo-  
rios. Lug. com. . . . Castaurina  
mater. uric. filio. pijs. ponendum.  
curavit. et. sub. ascia. dedicavit.

Illud EVG. CONS. . . . est  
Lugduni cōfidentes , quod frequens  
est in Lugdunensisibus .

XXII. Idem lib. 1. hist. Lugduni.  
pag. 59.

D. M. memoriae. aeternae. Quartii.  
Upp. Primitivi. Libert. augg. Quar-  
tia. Secundilia. libera. et. com. unx.  
parvus. paientissimo. et. sibi. Karissi-  
mo. erga. se. bene. merenti. cum. qns  
vixit. annos. XXIII. M. VIII. D. XXV.  
Ann. XXXXVII. sibi. vivi. posuit.  
et. sub. ascia. dedicavit .

For-

Fortassis pro AVG. reponendum AVG. Nam si illud AVG rete se habet, quaero ex auctoribus qui sunt isti Augusti. Nam Ulpium imperatorem unum scimus, Trajanum. Quamquam sub imperatoribus alia subinde atque alia imponendorum nominum consuetudo fuit. Ut ecce hic VLPI nomen non etiam Marci praenomen tulit,

**XXIII.** Idem lib. 1. hist. Lugd. pag. 80.  
D. M. et. memoriae. aeternae. C. Vrogeni. VI. viri. Aug. Vrogenia. conjugi. incomparabili. quae. vixit. ann. XV. (supple com eq) mens. IIII. dieb. P. ponendum. cui avis. et. sub. ascia. dedicavit.

**XXIV.** Idem lib. 1. hist. Lugd. pag. 5.  
D. M. et. memorias. aeternae. Vrogenensis. ver. leg. XXII. P.F. Acceptia. Accpta. conjugi. carissimo. et. fibi. viva. P. C. et. sub. ascia. dedicavit.

Refertur a Grut. 570. 6. cum ascias simulacro. In indice Gruteriano nomipum citatur sic: Vrogennus Nerus.

Atque hactenus Menetrierianas dedimus, quarum plurimae sunt ei cum Gruterio communes; qui ex Scaligero aut Paradino habuit. Paddington videre non contigit, sicut nec Sponii Recherch. de Lion. Ex Reincio inscriptiones cum ascia supra in Reinecio dedimus. Gruterum (ut & alios) percurree non vacabat. Verum haec integrum Gruterianae causa se mihi obtulerunt. Nec dubito, quin omnes Gruterianas corraserim, aut certe (tam productarum & Menetrierio & aliis, quam producendarum ratione habita) vix unam aut alteram fortassis reliquam fecerim.

1. Grut. 556. 6. Valentiae Cavium.

D. M.  
Et. memoriae. aeternae. Petronij. Cai. ext. missi. vesp. missione. ex. leg.

pris. Min. (i.e. Minervia) acceptio ne proc. Ducenar. et. Vitaliniæ. Fis rae. conjugi. ejus. viro. sibi. ponend curaver. et. sub. ascia. dedicaverunt.

Adest initio asciae figura talis, qualis sere temper in Gruter. adpingitur:

2. Grut. 564. 10. Lugdu ni. cum asciae figura confusa.

D. M. et. aeternae. quieti. P. Aetho. Maxim. Polybri. qui. vixit. annis. II. M. III. D. III. Aetho. Eucybiene. et. Agapetus. parentes. filio dulcissimo. P. C. cui. locum are (pro arac) pietatis concessit. Jul. Barane. Mitrona. incomparabilis. sub ascia. dedicatum. est.

Ultimum nomen fortassis sic legendum AEL. BARANE. PATRONA. &c.

3. Grut. pag. 675. 9. Lugduni. Cum asciae figura confusa.

D. M. et. memoriae. aeternae. Cavij. (corr. FLAVI) Maximini. infantis. dulcissimi. qui. vixit. annis. VII. mens. XII. Flavius. Mascal. et. Maximinia. Mus. parentes. filio. dulcissimo. ponendum. curaverunt. et. sub. ascia. dedicaverunt.

4. Grut. 850. 4. Lugduni.



Et. memoriae. aeternae. Mariniae. Demetriari. Natione. Graecæ. Marinus. Demetrius. soror dñi.

5. Grut. 678. 6. Augustae Taurin.

D. M. Coeli. et. Severinse. quæ. vixit. ann. VII. M. IX. D. VII. filiae. dulcis. L. Mindius. Supernus. patr. et. Cornelius. Soteris.

Hinc quidem absit formula, sed adegit asciae forma, qualis in superiore.

XVIII. *Raphael Fabrettus.*

Paucis deinde post annis (33) Raphael Fabrettus ad hoc  
elogium : *D. M. Salsoniae. Fortunatas vix. A.III. M.I.D.VIII.*  
~~Q. Salsonius. Eutychus. et. Sulpicia. Vitalis. Parentes. filiae. dul-~~  
~~cissimae. fecerant. et. fibi. et. suis. libertatis. libertabus. Q. poste-~~  
~~r. Q. orum. in quo elogio erat haec aetiae for-~~  
~~ma. copiose sic subnotavit. „ Asciam significare~~  
~~„ instrumentum illud in summo lapide pos-~~  
~~„ tum, quilibet in hoc studio vel leviter verfa-~~  
~~„ tus jam novit; & Lngdunenses praecipue in-~~  
~~„ scriptiones declarant, in quibus, cum ascia,~~  
~~„ sollemnis illa clausula epigraphen claudere solet, ET SUB~~  
~~„ ASCIA DEDICAVIT. Difficiles autem explicatus commu-~~  
~~„ nem hanc clausulam habere, docent variae atque incertae~~  
~~„ haec tenus virorum doctorum sententiae. Alii enim cum Ma-~~  
~~„ nutio (34) ad Caput illud Legis XII. Tabularum reducunt, RO-~~  
~~„ GUM ASCIA NE POLITICO, ut superfluos sumpitus hinc~~  
~~„ prohiberi putent: Alii cum Aimaro Rivalio, asciam in monu-~~  
~~„ mentis indicem esse (35) di molte cultura de' medesimi, e spesa~~  
~~„ considerabile, perche nelli sepolchri rozi & impoliti ella non si~~  
~~„ trova scolpita. Cum Piero Valeriano alii, cautum inde vo-~~  
~~„ lunt, non obliterandam de sepolchro defuncti memoriani.~~  
~~„ Alii cum Reinesio, se Marmorariis, quorum ascia & dola-~~  
~~„ bra laevidant etiam, faciendum locasse, hoc est ab incognita~~  
~~„ opus curasse. Chorerii in suis Antiqu. Viennen. hybridam~~  
~~„ atque~~

(33) Annus, quo Fabretti immortale Inscriptiōnum syntagma excudi desie, non fuit 1702. qui in operis titulo ponitur (nam certe Phil. a Turre qui an. 1700. Monumenta Veteris Antiqui publicavit, Fabrettianum opus sic laudat, ut etiam paginas designat, ut mox in co-Auctore videbis) sed annus 1699. qui in eiusdem operis calce adnotatur. Credo equidem paulo ante aut post excusum opus Cl. Auctorem diem obiisse (certe an. 1700. idem Phil. a Turre. in loco. mox producendo de Fabretto loquunt uti mortuo) librum vero, statim ut e typographis

cis prelīs evasit, erit nondum publicatum, in Philippi ejus, quem nominavi, manus venisse.

(34) Vide not. 11. & 246 ex quibus intelliges nulli ex Manuciis id venisse in mentem, sed Ursati *propositu dūdūrūm* in causa fuisse, cui ei bona hinc Fabrettus crederet, & post Fabrettum Valbonaeus, Matorius, alii.

(35) Verba sunt non Rivalii, cuius nihil extat Etrusce scriptum aut redditum, sed Sert. Ursati Rivallianam opinionem memoriter referentis. Vide supra in Ursato,

„ atque argutulam significationem non prætermittam , &  
 „ verbis ipsius Sponii , qui , ut Senex senem fricat , ei plau-  
 „ dit , & palmam præ caeteris tribuit , ridendam , non con-  
 „ futandam proponam , non enim vacat deliria scriptorum  
 „ persequi : Monsieur Chorier , ait ipse Antiq. Jugdun. cap.  
 „ IV. pag. 610. , qui a decrit les Antiquités de Vienne , l'expli-  
 „ que fort ingenueusement : *Lula* , dit il , signifie en Grec om-  
 „ bre , d'où se fait le mot d' *ascia* , & en latin *ascia* , un lieu  
 „ sans ombre ; & l'on avoit accoutumé de mettre les tombeaux  
 „ à découvert , ou dans un lieu sans ombre .

„ Prima opinio non placet , quia , quod de rogo *ascia*  
 „ minimè expoliendo sanctitur , de lignis scilicet cremando  
 „ cadaveri adhibendis , n̄l commune habet cum ipsa cada-  
 „ verum domo , quae non lignea , sed caementitia , aut la-  
 „ pidea construebatur , in qua nullus *asciae* lignariae , de  
 „ qua lex loquitur , locus relinquitur .

„ Secunda Rivalii explicatio è minus probatur , quod ipsius  
 „ legis quam exponit menti ac fini opponitur ; (36) translu-  
 „ lit namque illud caput ex Solonis legibus de minuendo sum-  
 „ ptu in Funeribus , suis quidem verbis , sed ad yetustatis  
 „ imitationem & morem Cicero lib. II. de Legib.

„ Tertia Pierii si vera esset (37) jam in caeteris omnibus mo-  
 „ numentis , in quibus *ascia* scalpta non reperitur ( in paucis-  
 „ simis enim extra Galliam monumentis reperitur , ut obser-  
 „ vat Reinesius Clast. XII. inscript. 24. ) de non oblitteranda ,  
 „ sed perpetuanda defunctorum memoria , sepulchrorum ma-  
 „ gnificentissimorum excitatores sollicitos minimè fuisse , hinc  
 „ inferri deberet .

„ Reinesii uti postremam omnium , ita absurdiores  
 „ sententiam videri , invitus dicere cogor ; tum in ea parte ,  
 „ in qua , monumenta dedicare , idem ac ea (38) facienda locare  
 „ esse vult ; tum ubi *asciam* & *dolabrum* , Marmoriorum ,  
 „ seu

(36) Sicut *ascia* rogo adhibita sumtuosius fuisse notabat ; sic puta-  
 vit bonus Rivallius , easdem sepul-  
 cro adhibitam opus sumtuosius nota-  
 re . Quid hec magnopere peccavit  
 Allobroxi ?

(37) Interpretationis ceteroqui  
 non optimae frigidissima refutatio .

(38) Numquam hoc somnianavit

Reinesius *et dedicare sub ascia tan-*  
*tumdeum esse quod facienda locare;*  
*sed locasse :* inter quae quantum in-  
*terfit* , qui in Reinesii contextu non  
*intelligit* , ecquod collyrinum tantas  
*lippitudini illinam non resperio . Vel*  
*confer contextum Reinesianum : cu-*  
*jus læsionis ( majorum gentium*  
*cauticis familiaris ) ne fraudi sit , cave .*

, seu lapidum sculptorum (is enim aetate) instrumenta esse  
ait, quod nunquam satis probabit (39).

„ Quid lucis igitur in tantis intelligentiae tenebris, in quibus egregii virti cadigarunt, ingensculo meo affulgere posse sperem? Suscepta tamen provincia, quae me silere non permittit, utinam aliquid silentio melius a me extorqueat. Praemittenda autem aliqua sunt nostrae interpretationi; scilicet, antiquas Rosianorum leges, quas in summa re digit Cicerio loco laudato, ubi de Civibus letho datis tumulis agunt, *sumptum in ollos minuendum decernere*; ideoque, ut subdit Cicerio, illius legis interpretes quo capi te jubentur *sumptus & lucrum removere a deorum Manibus jure*, *boc intelligunt, in primis sepulchrorum magnificentiam effe minuendam*; quod ipsum servaeum fuisse ait Ser. vius ad lib. VI. Aeneid. vers. 226, ut pro qualitate personarum Sepulchra etiam vel minora, vel majora ferent: atque etiam apparet ex responsis veterum Iuris Prudentum, qui probant bitem modum faciendi monumenti sumptus agnoscunt in hereditas 50. D. de petit. her. qualem scilicet modum Divos Fratres praescriptissime refert Capitolinus, iis verbis, male a quibusdam intellectis, & optimè ab eruditissimo Jacobo Gothofredo in Cod. Theodos. lib. IX. tit. 17. de Sepulchr. viol. interpretatis, Tunc autem Antonini leges sepeliendi sepulchrorumq. acerrimas sanxerunt quandoquidem caverunt, ne uti quis velles, fabricaret sepulchrum, quod bodoq. servatur. Ex quibus miror de Kirchmanno afferente lib. III. de Funer. cap. XVI. sepulchrorum aedificandorum amplitudinem, & magnificentiam, Athenis quidem certis legibus fuisse inhibitam, Romae cujusque arbitrio reliquam. Nam ultra praemissa, Cicero Ep. VII, lib. XII. ad Atticum legis quidem vera ignorat, quam sibi mittendam juberet, summatim vero ita sententiam attingit, quo plus *insumptum in monumentum effe & quid rescio quid quod leges conceditur, tantumdem populo dandum esse*; quos circa, ut legem hanc sumptuariam eludat, de Fano sibi aedificando proponit, *Fanum fieri nolo, neque hoc mihi erui potest: sepulchri simili-*

*n lith.*

(39) Magno illi critico supervenientem videbatur id probare, quod tent; id jam suo loco invicte probavit semidicti normat. De quo quan-

" litudinem effugere non tam PROPTER POENAM LEGIS  
 " deo . quām ut maximē affequar deditōn : quod poteram , si  
 " in ipsa Villa facerem . Quae forsitan ratio fuit , cur tot per  
 " Agrum Romanum Splendida monumenta , supernē Fani  
 " speciem retineant , tumulis , & loculis in hypogeo abscon-  
 " ditis . Majora itaque Sepulchra nec nisi summo genero  
 " natis , aut ob gestos Magistratus illusterrimis viris indul-  
 " genda , ea erant , que ex lapide construebantur , statuis-  
 " que , & columnis ornatabantur ; cujus generis sunt ea , quo-  
 " rum adhuc reliquiae apparent in Caeciliae Metellae Sepul-  
 " chro Viā Appiā , C. Cestii Eupilonis Viā Ostiensi , C. Pobli-  
 " ci Bibuli sub Capitolio , Plautiorum Viā Tiburtinā , &  
 " Gentis Rusticeliae nuper sub Dolio monte detecto , ut alia  
 " quamplurima passim obviā , tanquam ad incertos pertinen-  
 " tia omittam . Minora Sepulchra , mole & splendorē modi-  
 " ca , & profnde frequentiora , è lateritia structura confla-  
 " bant , elegantia quidem operis materiem superante . Un-  
 " de ii , quibus ex mediocritate conditionis marmoreos tumu-  
 " los condere non permittebatur , lateritios , quorum plures  
 " in praecipuis Viis videbantur , & admirabat , exquisitā arte  
 " statuebant ; atque in moderationis suae testimonium , for-  
 " sanque in magnificentiae in modice quæstas jactantiam  
 " quandam , & ostentationem , se SVB ASCIA , hoc est ope  
 " ac ministerio solius asciae , non alterius ~~de Arma~~ opere ( con-  
 " trà prorsus ac Reinesius opinatus fuit ) opus consummatissime  
 " inscribebant . Probabile igitur est , hanc mediocritatis lau-  
 " dem circumspexisse Lugdunense hoc monumentum sub ascia  
 " pariter dedicatum ; de quo apud Sponium Rechor . de Lione  
 " pag . 226 .

## D. M.

" IOVINO . VALERIONI . VET . EX . LEG . I . M . ( i . e . Minoris ) IV .  
 " LIA . MATERNA . CONIVCI . INCOMPARABILI . MEMO-  
 " RIAM . POSVIT . E . MEDIOCIRITATE . SVA . ET . SVE .  
 " ASCIA . DEDICAVIT .

" Planius hoc fiet , si asciam istam , non eam qua Fabri li-  
 " gnarii ad ligna stuntur , sed aliam , quæ eodem nomine ,  
 " cædemque figurā , lengiori tantùm hastæ infixa , ad ma-  
 " cerandam , & subigendam calcem arenæ commissam mu-  
 " rariis fabris hodie dum inservit , esse intelligamus ; calcem

enigm

„ enim ita *asciari* , & a suis calculis & seabritie purgari , tra-  
“ dit Vitruvius lib. VII. cap. II. dorso scilicet asciæ curren-  
“ tis & recurrentis maceratione procurata .

### XVIII. *Philippus a Turre.*

Fabrettum pone sequitur nobilis cum primis *descendit*.  
„ *Philippus a Turre* Adriae in Venetia Episcopus , cui  
contigit a viro laudato laudari , Jacobo Facciolato viro do-  
ctissimo , qui *Philippi elegium* pertexuit . Is in monumen-  
tis veteris Antii , quae an. 1700. publici juris fecit , ad inscrip-  
tionem *M. Aquilii* cap. 2. pag. 21. ea de *Acisculo* , cognomine  
gentis Valeriae , differit , quae ab hec argumento non sunt  
aliena . „ Sex denarios exhibit tabula illius familiae ( *Val-  
eriane* ) pag. 281. (*apud Ursinum*) impressos nomine *L. Valerii*  
„ *Acisculi* . Horum quinque delineatum ostendunt instrumen-  
tum quoddam fabrile , quod ipse Ursinus *Malleum* esse pre-  
stat... Alterum eorum excuditur , in quo  
„ ipsum instrumentum , inter cetera ma-  
„ gis conspicuum & grandioris formæ ,  
„ repraesentatur , circumscripto , in me-  
„ dio coronaे querceæ , vocabulo: *ACI-*  
„ *SCVLVS* . Sirenem , quae in secundo ex-  
„ iisdem nummis visiter , a *L. Valerio* im-  
„ pressam existimat idem *Auctor* , ut ea  
„ significaretur , *Acisculos Acidis fluvii* ,  
„ atque ejus in Sicilia regionis , quam Sirenes tenuerunt , a-  
„ colas aliquando fuisse , indeque profectos , Sabinum agrum  
„ primò tenuisse , deinde Civitatem Romanam adeptos esse .  
„ Ex *Mallei* verò signo conjici posse arbitratur , Valerium  
„ hunc Praefectum Fabrūm fuisse , cum illud ejus officii sym-  
„ bolum in veteribus monumentis obseruaverit . At haec co-  
„ gnominis originatio longè satis petita est , immo & durius des-  
„ torta , ut videtur . In Glossis Isidori est *Acisculus* , *Acisia*  
„ *Dolabra* . Joannes Meursius par. a. *exercitatio critical. I. cap. 10.*  
„ teste legit *Acisculus* . Hinc *Aciscularius* in glossis a Stepha-  
„ no editis dicitur *λαρύγξ* , is nempe qui saga in lapicidinia  
„ excindit . At verò eidem Isidoro paulò post *Acisculum* , vel  
„ ut pariter emendat Meursius , *Acisculum* est *Malleolum* stru-

„ Eorum ; quamvis haec verba omnino absint ab Isidoro , que  
 „ utor ex iurisdictissimae editionis Coloniensis (40) anni 1617.  
 „ Quod si *Acisculus* idem est (41) ac dolabra, quomodo malleo-  
 „ lum esse posse, nescio. Ab *Ascia* utique nomen derivatum. At  
 „ *Ascia* vel *sal rile* instrumentum est ad ligna polienda, & levi-  
 „ ganda; vel ad macerandam & subigendam calcem. Priorem  
 „ significationem deprehendimus in *lege t. 6. dubdecim Tabu-*  
*larum cap. 2. Rogum ascia ne polito.* Utramque usurpat Vi-  
*truius lib. 7. cap. 2. his verbis. Sumatur *ascia*, & quemad-*  
*modum materia dolantur (en dolabram ad ligna polienda)*  
*sic calx in lacu macerato ascietur.* Neutra igitur malleo con-  
*venit.* *Asciae* figuram Cl. Raphaël Fabretus exhibet, ex-  
*sculptam veteri faxo cap. 3. Inscriptiorum, quas nuper pu-*  
*blicavit pag. 203.... Asciae* hanc formam reperies etiam  
 „ apud Gruterum (42) Inscript. 10. pag. 664. 9. 675. & 9. 682. &  
 „ forte *ascia* lignaria, non securis, ut placet ipsi Gratero, est illud  
 „ instrumentum (43) quod primum in tabula 2. pag. 644. de-  
 „ pictum conspicimus, cum proxime imaginem reddat illius,  
 „ quod hodie etiam *Ascia* vulgo appellatur, convenientque de-  
 „ scriptioni Isidori originum lib. 19. cap. 19. Itaque instru-  
 „ mentum in nummis gentis Valeriae expressum, *Acisculus*  
 „ est, seu parva *Ascia* poliendi vel dolandi lignis deserviens.  
 „ Sanè idcirco *Acisculus* solitariè scriptus fuisse videtur in no-  
 „ stro denario, ut designaret nomen adiecti instrumenti. Per-  
 „ peras vero malleum esse putavit Ursinus, qui si denarios  
 „ jam indicatos gentis Pobliciae attentius observasset, figu-

, ram

(40) Absunt quoque ab Isidoro meo rarissimae editionis Parisinae a Monacho Jac. Du Breul procuratae anno 1601. cum notis Griali : sicut & a Glossario Isidori, quod est ad calcem *Author. L. I. Dionys. Gorbofr.* & ab excerptis Fytheanis ibidem; & a quibusvis aliis Glossarum overrys-  
tis quas viderim.

(41) Quod si *Acisculus* idem est ac *Dolabra* ) Ex Glossis Isidori ( in quibus ponitur : *Acisculus* : *Ascia*, *Dolabra* ) id collegit Noster. At nollem eum statuere *Asciam* & *dolabram* ( affinia ceteroqui instrumenta) plane eadem fuisse: deinde five *dola-*  
*bras* five *asciam* sibil habuisse cum

*malleo*, aut saltem *marculo* com-  
mune. Nam & *ascia* & *dolabra* ex  
una parte ad caedendum; ex altera  
ad tundendum non raro comparatae  
erant. Vide quae mox sequuntur  
apud Nostrum: plane duo, quae di-  
xi, *τραχείας* in eo deprehendens.

(42) Harum inscriptionum Gruteri,  
*τραχεία* jam supra retulimus:  
prima occurrit in not. 32. etque in-  
ter Gruterianas altera, quae incipit  
*P. Aeli Maximi*: altera est ibidem  
inter Gruterianas tercia: postremo  
tertia est ibidem inter Menetria-  
nas num. VII.

(43) Et simile, quod in Ursato &  
alibi exhibuimus.

„ tam malleoli omnino ab acisculo diversum reperisset . Eam  
 „ delineavi in tabula (44) n . i . ut quisque cum acisculo compa-  
 „ rare posset . Similis mallei forma passim Vulcano tribuitur  
 „ in veterum monumentis . Et Cabires , qui Vulcani filii sunt  
 „ habiti , eundem plane gestare videoas in duobus nummis  
 „ Thessalonicae apud Patinum de numism . Imp . p . 290 . & 291 .  
 „ Ab Acisculo igitur cognomen familiae Valeriae inditum ,  
 „ ideoque in nummis illud instrumentum fabrile exsculptum .  
 „ Porro & Quintilianus lib . 6 . cap . 3 . Acisculum inter cogno-  
 „ mina Romana refert , idemque illud est nobilissimi marty-  
 „ ris Cordubensis , de quo Prudentius Peristephan . hymn . 7 . verse  
 „ 19 . Corduba Acisculum dabit , & Zoellum . Gratiam ab Hispania  
 „ his aliquam me inveniendum spero , si hunc martyrem genti  
 „ Valeriane (45) ex dictis , adscribi posse moneam .

Idem gravis auctor pag . 355 . ubi de Colonia Porojuliensis  
 ad hoc Aquilejense epigramma „ Cervonia Tiche . V . F . sibi . es .  
 „ lib . libq . postq . eor . si . quis . hano . arcam . fove . hoc . monumento  
 „ vendere . aut . emere . aut . EXACISCLARE . volet . tum . poterat .  
 „ nomine . HS . XX . Reip . Aquil . dare . debet . „ haec sane quam  
 bonae frugis habet , quae & nostrum argumentum propius spe-  
 ctant . „ Vox illa EXACISCLARE . . . insolentia & novitatis  
 viam moratur , poscitque explicationem . Cum pridem sali-  
 vam movisset , atque ideo Fabretum , qui dum vivebat mihi  
 hi saepe lapidum Oedipus erat , consuluisset , scriptoresque

, an-

(44) Malleus ibi a nostro Episco- Sed non magis id praestabat vir do-  
 po delineatus est utraque parte capi- ges , quam se propter Pbilippi no-  
 tatus , & cylindricus ; itant forma men de gente Marcia fuisse . Sane  
 & nomine respondeat ei , quem no- a custo hoc gentis Valeriae denario  
 stri homines Maglio appellant . Quod ad S . Acisculum Mart . (qui sub Diocl .  
 si vere ea propria est mallei forma : & Maxim . anno 203 . passus dicitur )  
 refert ut altera forma (quae ex una quacringenti prope anni intercel-  
 pingit capitata est , ex altera rostrum serunt . Credibile ne etsi , Aciscu-  
 complex aut bicornis gerit ) sit lum cognomen tamdiu in gente  
 indecet five marcelli ; quem poste- Valeria perdurasse ? At scimus ,  
 rior Latinitas marcellum dixit , quod non modo tertio & quarto , sed &  
 & regum Francorum cognomen fuit . altero Christi facculo nominum ra-  
 Etiam apud Grati . pag . 644 . tab . 1 . tionem longe aliam , quam in li-  
 quinto loco instrumentum scalpitur , bera rep . fuisse . Diversa in eadem  
 quod ei malleus capitatus dicitur : domo familiaque filii a parentibus ,  
 fratres a patribus cognomina gene-  
 bris erat malleus dixisse , si hic  
 plene idem ac quem maglio appellebant .

(45) S . Acisculum ex gente Va-  
 leria fuisse , non sit ea nisi ceterum .

antiquitatum & Lexicographos incētē perlustrasse, non  
modū interpretationem, sed ne vestigium quidem ullum  
vocabuli aſsequutus sum. Unus Sponius hanc ipsam inscri-  
ptionem ex ichedis Equitis Ursatti producens, Miscellan.  
erudit. ſect. 9. pag. 294. verbo nodum extricat: obſervanda,  
inquit, vox antiqua ex aſcislare pro diſtribere. At parum  
feliciter, ſi potior eſt noſtra conjeſtura inſerius exponenda.  
Perperam quoque addidit literam N; & caput non ſuam in-  
ſcriptioni affixit, Pastroclorum Ulpiaſ Priscus animae meren-  
ti Cervonia Tyche &c. Ea enim ſunt verba alterius inſcri-  
ptionis Aquilejensis, quae in collectione Capodatii legitas.  
Notanda iterum eadem vox ex aſcislare in alio Epitaphio A-  
quilejensi. Atiliae. Onſimeni. cum. qua. vixi. annis. XV.  
conjugi. cariſimae. C. Julius. Epictetus. qui. et. fato. vivus.  
poſuit. et. ſibi. ſi. quis. poſt. dñs. corpora. poſita. banc. ar-  
cam. aperuerit. aut. ex aſcislaverit. et. aliud. corpus. po-  
ſuerit. in. F. L. El. Conf. M. N. In poſtemo verſu medias  
literas vel culpa exſcriptoris(46) vel injuria temporum igno-  
,, rabi-

(46) Dūm de culpa exſcriptoris  
expoſtulat doctifimus Praeful, pla-  
postea? an continuo sequitur, in  
aliis sexcentis inscriptionibus, imo  
& legibus *vel LOCVM a sepulcro*  
*differre*? caelum terrae commisces-  
tur prius, quam ut hoc assentias.  
Postremo vel si eosque insinare libeat, ut dem hoc etiam; at Pom-  
ponii certe *vel LOCVM SVVM non  
aliud*, quam quod dixi, significat  
quod nemo negabit, qui ex bone  
& aequo haec aetimare volet; qui-  
que & ad παράδοξα Panlli legem,  
& ad *vel SVVM* (tunc in Pomponio  
tuui Marciiano & Inst. 1) animos  
adje*git*; & al. in inscriptionem Grut.  
807. 12., in qua uxori maritus LO-  
CVM CONSECRAVIT, quod est  
idem ac *dedicavit*.

Verum in eadem Cai l. 7. eis  
qui in alterius arcum, intertus, &  
in illius locum non insertus? An  
quia ea atca extra sepulcræ il-  
lius locum in hac specie fungitur?  
Sic prorsus exitimo.

pulchri ~~temporum~~ logibus usitata, ut in Institutionibus lib. 2. tit. 1. §. 3. Religiosum locum unusquisque voluntate sua facit, dum mortuum inferat in locum suum. Id vero additamentum duplitem vim habet; primum, quia in locum alienum inferendo, sacrum non efficiebat: deinde quod quum is, qui sibi sepulcrum extruxit, ex omnibus bonis suis eum sibi tantum in domum aeternam (uti loquebantur) locum reservari; merito ipsiusque locus suus Pomponio appellatur. Vide Gruterianam inscriptionem (193) pag. 817. 3. Sed prius illud verius est. Quamquam quid multis opus est, quum, quid heic Pomponius loci sui nomine intelligat, Pomponianus germana altera Pauli (ex lib. 27. ad Edictum) lex 11. D. de religios. & sumpt. sanctor. planissime doceat? Quod se LOGUS MONUMENTI (ait ibi Jurisconsultus) bac lege venierit, ne in eum inferrentur, quos jus est inferri, pallium quidem ad hoc non sufficit, sed stipulatione (poenali scil.) id caveri oportet. Vides ut in eadem re ac sententia, quod unus locum suum, alter locum monumenti appellavit.

Altera Doctorum hallucinatio est in intelligentia illius operae ~~temporum~~ DEDICARE locum suum, dum hi (194) quidem ad locorum publicorum dedicationes id referunt; illi effectum dedicationis pro ipsa dedicatione accipiunt, dum interpretantur Religiosum facere, aut alias iuri humano eximere (195). Verum hoc, ut dixi, dedicationis effectus est, cuius officia causa dedicatio ipsa est, quae tandem quid sibi velit, docendum erat. Atqui apud Pomponium heic Dedicare locum suum aliud.

(193) Ea est affixa hujus Neap. Seminarii Archiep. partiei, qui solem orientem spectat, & sic habet: D. M. GN. POMPONIVS. EVPHRC-  
SYNVS. FT. IVNIA. GEMELLA.  
VXOR. EX. BONIS. SVIS. HOC.  
SIBI. SVMPSERVNT. Quae inscriptio videbatur lucem afferre Alpiani l. 6o. de verb. sign. verbis modo productis not. 191. ubi inter loci & fundi differentias hanc posuit. Non etiam magnitudo locum a fundo separat, sed nostra affectio.

(194) Dionys. Gochofredus ad d. Pomponii legem sic breviter notat: *Dedicationes locorum fiebant auctoritate publica, vel principis;*

l. 9. S. 1. de rer. divis. l. 8. de religios. Atqui lex 9. de divis. rer. quam citat, loquitur de publicorum locorum dedicationibus, non de sepulcris. Aut quis unquam somniavit, sepulcra aequae ac tempula auctoritate publica vel principis dedicanda esset? Altera lex 8. de religios. quam citat Gochofr., nihil huc attinet.

(195) Sic Merilius ad tit. de servitutibus (to. 3. thesi. Orroniani pag. 648.) hanc Pomponii ~~legem~~ interpretatur. Imo nec aliter Tribonianus id exposuit l. ult. C. de pass. inter emorem, quam constitutionem mox expendemus.

44

aliud non erat , quam quod in aliata modo inscriptione  
**LOCUM. SEPULC. DEDICAVIT** : hoc vero idem plane , quod  
in eodem elogio antecedit *συνεργός* **CORPUS . IN . ARCA .  
CONDIDIT . ET** ( sic plane ) **LOCUM . SEPULC . DEDICAVIT**

Est ergo *dedicare locum* tantumdem quod in locum adhuc  
purum primo mortuum inferre ; cuius consequens est , ut locus  
ille statim religiosus , imo & facer evadat . Vel sine productae  
Inscriptionis suffragio , ipse Pomponius satis hanc dedicationis  
notionem declaravit in eo , quod subiecit : *Aut ne sibi in suo  
sepelire mortuum liceat* : id enim nisi glostema est Pomponio  
adsumum ( 196 ) aut *ἐπεξίηνος* non inusitata his scriptoribus;  
at certe simile & *δημογένες* priori erit . Deinde & *ταχατάνης* Paul-  
li lex , quani modo in medium afferebamus , *τὸ DEDICARE*  
*Pomponii expressit per haec συνεργόμαta inferrentur, & inferri.*

Verum quid cum doctoribus nostris expostulo , quos im-  
mensus hiatus temporum ab aevo antiquae jurisprudentiae se-  
parat : quando ne *Iustinianus* quidem ( sive potius *praeclarus  
ille* , uti volunt , universi veteris juris interpres & *transquadragesima  
corrector Tribonianus* ) quidquam in recitato Pomponii loco  
vidit ? Sane inter celebres quinquaginta Justiniani decisiones  
( quas Merillius a se illustratas in unum volumen compegit )  
sexta & quadragesima illa est , qua veterum jurise. pugnas in  
ea pacti specie , de qua Pomponium & Paullum modo respon-  
dentes induximus , sedare sibi visus est *Justinianus Aug.* Ea est  
lex ult. C. de *partibus int. emptorem, & venditor. compos.* quam lu-  
bet particulatum expendere . *Siquis* , inquit , *ita paciscatur in  
venditionis, vel alienationis contractu, ut novo domino nullo mo-*  
do li-

( 196 ) Non levis certe suspicio  
mihi erat , illud *Aut ne sibi in suo  
sepelire mortuum liceat* , & Pomponii  
manu non esse , quum videatur mera  
interpretatio ejus , quod dixerat  
*locum suum dedicare* . Et certe Pom-  
ponii aevo nemini oblicurum esse  
poterat , quid sibi vellet ea locu-  
tio . At postea aetate , quin id  
tantum eruditii caperent , sicut , cre-  
do ; aliquis scidius , qui non obviae  
phrasos interpretamentum aut  
oraे adscriberet , apt , uti sit , in  
ipso textu superne scriberet . Id  
jam postea in textum Pomponii re-  
cepimus fuit .

Vixit etiam conjecturam dam-

no , atque a me prorsus abdico ; ne-  
que id solum propter *ταχατάνη* Flo-  
rentini auctoritatem , verum etiam  
quia inter duas illas *φύσεις* aliquid  
discriminis , quod alteram speciem  
constitutus , agnosco . Nam prius  
illud *Ne sibi locum suum dedicare*  
*liceat* , significat per *sui ipsius illatio-  
nem sep. encaventur* : alterum aut  
*ne sibi in suo sepelire mor. lic. per-*  
*tinet ad alterius mortui illatio-  
nem* . Horum prius ex iis eviden-  
tiis constabit , quae infra cap. IV.  
dicentur de dandi casu potius verbum  
*Dedico* , quain vim habeat : ut hec  
*Dedicare sibi* , et *suum illato corpe-  
re incaventur* .

de liceat in loco vendita, vel alio modo sibi concessa monumentum exstruere, vel alio modo humano juri cum eximere. Vides quanta in paucis verbis veteris juris inscitia. Primum in eo labitur, quod locum in Pomponii textu idem putavit esse quod fundum: nam si Tribonianus Ponponii <sup>75</sup> locum suum, id quod erat, pro monumento sive sepulcro accepisset, quantas ineptiac fuisse hanec partis speciem comminisci, ne in monumento monumentum exstratur? Deinde quis unquam somniavit, sola monumenti destructione locum reddi religiosum, sive quod idem est juri humano eximi? Sane ante didiceramus, monumenta, in quae nullus dum illatus fuit, loca pura esse, solaque mortui illatione juri humano eximi. Nunc bene est, quod admirandus censor non tantum vetera jura (<sup>quasi</sup> <sup>quoniam</sup> una multa iuga confundit' co-  
cūs, Mostel. act. 1. sc. 3. 120). sed & solleminium juris vocum notio-  
nes confundit. Pergit Decisio: *Sancimus*, licet hoc apud veteres  
dubitabatur, &c. Inter Pomponium quidem & Paulum optime  
convenit: ceteros, siqui forte fuerunt, qui ab his abiissent,  
non tam aetas nobis, quam Tribonianus invidit. Ceterum  
quando de veteris in ea specie discidio matras cur o bone ex  
duabus pugnantibus inter se sententiis, ejus quidem, quam  
improbas, Pomponium & Paulum autores in tuo <sup>radix</sup>  
producis; alterius vero, quam unice amplectaris, nullum  
autores, responsum nullum Digestis intexuisti? praeclaram  
legum consarcinacionem, in quam cōmplices, quae eodem  
tempore (197) reprehendis: omittas, quae miraris! Porro in  
eo, quod sequitur, vix est ut sani aliquid deprehendas. Sanc-  
mus, inquit, licet hoc apud veteres dubitabatur, tale pactum  
ex nostra lege esse vendendum, & immatilatum permanere. Perse-  
tan enim multum ejus intererat, nō ei vicinus non solum quem  
nollet, aggregaretur, sed etiam prequo specialiter interdictum  
est. Quum etenim venditor, vel alter alienator non alia lege suum  
transferrere passus est, nisi tali fretus conventione, quomodo se-  
rendum est, aliquam captionem ex varia pagi cum interpreta-  
tione. Atque heic non possum Doctorum nostrorum miram  
perspicaciam non admirari, qui aut ista tamquam planissima

prae-

(197) Vide Merillii praefat. ad eas L. decisiones, ubi ex deci-  
sionum subscriptionibus ostendit, eas suisse editas eo triennio, quo  
Pandectarum *curvay* vacatis

fuit. Et quidem haec, qua de agi-  
muss, altero ejus triennii anno pro-  
diit, nim. prid. kal. Nov. post com-  
fulatum Lainpadii & Oretis.

praetervehuntur; aut, si interfantur<sup>198</sup>, ut *propterea Amorium*. Quum mihi contra quid heic sibi velit Decisor, qui intelligit, nasis nihil intelligere videatur. Multum, ait *enjus intereras*, ne ei vicinus, non solum quem nolles, aggregaretur (198) &c. Praeclera *avuloxia*! quid enim hoc commune habet, cum ea quo de initio proposuerat? At credo euidem Tribonianus dum pactum istud *immutilatum* foveat; suam ipsum constitutionem interim mutilasse, ac laseram crudeliter ora, *Ora manusq. ambas* in codicem rotulisse. Longior certe ea constitutio, sive ~~enjus~~ appellant, Decisio spes, qua non tantum complebatur novus legislator prius pacti genus Pomponianum de mortno non inferendo, sed & alterum, quod in eodem Pomponio sequitur, de praedio, vicino invito, non alienando (199). Ultrisque, inquam, pacti genus Tribonianus ea constitutione *immutilatum* fovic quae quia mutila (Triboniani ne incuria, an quo alio fato?) codici intexta fuit; idecirco posterioris legis capituli *avuloxia* cum priore capite foede coaluit, perinde ac si *Humanae capiti censorum pector equinam* juaxisset. Nihil verius. Tum nihil magis uno eodemque specimine crassam Gracculi legislatoris supinatem in Pandecte simul, & Cedice compilatio prodit.

Pudet, BERNARDE doctissime, ~~me~~ Themidos sacris minime initiatum ~~quam~~ ista pluribus edifferuisse, maxime apud Te, qui omnium consensu tum ceteras disciplinas, tum ~~in~~ prenis quidquid est interioris & reconditae jurisprudentiae veteris in numerato habeas. Sed ut ait ille, ita res erat: faciundum fuit. Idque so vel maxime, quod evellenda, quacumque possem, mihi videbatur quaedam praejudicata opinio, que jam dudum inveteravit, atque in complurium mentibus alter radices egit. Nempe ajunt, antiquitatis cognitionem, & antiquitus scriptorum lapidum peritiam esse lascivientium ingeniiorum otiosissimam occupationem, cui tanquam ad Sirenum scopulos pessime affixi haereant adolescentes, ii maxime, quos legum sacratissimarum studium manet. Fatoe, optime TA- NVCGI, me istius censoriae notae severitatem usque adeo reformi-

(198) Suspicabar *aggregari* heic verbum sepulcrale esse, ex Hebraeorum proprietate petitum, apud quos qui deceidunt, ad patres suos aggregari dicuntur. Sed non puto Tribonianum tam sublimem

(199) Nemo (ait ibi Portopnius) pacificando efficere potest, ut sibi locum suum dedicare licet, an ne sibi in suo sepulcre *migrans* dicat, an ne vicino invito primum alienet.

formidasse , ut & quae taliam in foralibus opuscula affecta habeo , prefficerim adhuc , premiamque porro ; & hanc ipsam scriptio- nem , quae Te nunc auctore ex tempore emittitur , spissiorem opinionem meam jami evassisse pigrat : quod ne fieret , providi ini- tio diligentissime , ut qui ad ceterum brevitatis studium hoc in- super adderem , uti quam minimas characterum formas elige- rem , ut si non re , at mole certe plurimum ex hoc libello de- cederet . Sed quando huc evasit oratio : a censoribus istis sciant , utrumque nostrum , BERNARDE , quam longissime diffideret , ac sic statuere , nihil aequa Romani juris studio fructuosum at- que adeo necessarium esse , quam antiquitatis , ac praecipue veterum epigrammatum intelligentiam ; sicut & legum vi- cissim scientia plurimum antiquis titulis lucis affundi : itaque haec duo studia quod aliud apta inter se esse & connexa . Pos- semus heic laudare innumeratas leges , Senatus consulta , plebisci- ta , decreta , testamenta , principum diplomata , stipulationes , pacta , federa , leges operi faciendo dictas ; & plura talia in- faxis , aut aere adhuc existantia , tam sepulcrorum jura , ma- gistratus , dignitates , officia domus Augustae , jura matronis- fionautm , sollemnes formulas , & sexcenta hujusmodi , quae sive non aliunde , quam ex inscriptionibus tenemus , sive lucem in- de mirificam mutuantur . Sed quis finis futurus effet ? Ipsae sane Pandectarum , & elogiorum veterum locutiones sunt inter se getmanae ; utrobique sermo est plane ~~historicus~~ , sed is character longe plus in antiquis titulis emicat . Nec facile alibi id dicendi genus ferme reperias . Verum ne longius digrediar ; quantu- lum hoc est , quod heic nunc de sepulcrorum *deditio*ne scri- bimus ! & tamen quantum hinc legibus lucis assertur ! olim quin ~~deditio~~ntibus universo Diatribam Continentarii ad mutilum Camp. Ampibit. titulum pro re nata intexuimus , me- minis me plures legum locutiones antea ignoratas (200) in aper- tum protulisse . Etiam in iis quae dicenda restant , spero me hujus rei specimina editurum , ac leges aliquot multe illustriores redditurum . Reliquum illud est , TANVGCI , ut qd<sup>oniam</sup> com-

(200) Ac ne ab hos ipso ver-  
bo dedicandi discedam ; ibi pag. 83.  
84. planissime expositorum fuit , quod  
fit Pauli ( l. 19. D. de in rem ver-  
go ) Dedicar<sup>o</sup>gans in funus : quid  
in xxi. tabu apud Gaium ( l. u. t. D.

De litigij ) Rem in sacrum dedicas-  
re : quid Marcelli ( l. 12. D. de cap.  
fur.) Rem furios<sup>o</sup> dedicare : quid  
apud Alpianum ( l. 64. D. de adquir.  
rex. dom.) In censum dedicare , quid  
ibi deducere legitur .

comperitur est, eadem Te omnia sentire (at qui tum in omni antiquitate, tum etiam in elogiorum veterum cognitione multis reperiare) eamdem de hoc litterarum genere existimationem ceteris vel invitis ingeras atque instilles; ut tandem adolescentes de hisce antiquitatis deliciis praeclarius aliquid sentire consuescant. Id vero sub tanto REGE facillimum erit, qui de litteris universis quum sit optime meritus, vetera monumenta tanto in honore habet, quanto olim Croesus ille auri laterculos. Itaque & terrae viscera, plusquam aruspex aliis exta, sedulo risuuntur, siquod litteratum marmor se prodat ad illustrandam antiquitatem idoneum: & quae plura sane felicissimo Regum fors obtulit, ea auro contra cara habent. Utinam ad tantam nostrorum temporum felicitatem hic etiam cumulus accedat; uti REX optimus edicto vetet, ne posthac saxa, aera, & quidvis aliud antiquitus scriptum, opifcum barbarie & infelicitia frangantur, conflentur, aut aliunde depegeant. Nam quanti est hoc probri ac dedecoris, non remotis tantum regni hotum cimeliorum feracissimi provinciis, sed in ipsis regni faucibus, Capuae amphitheatrum Romani aemulum ad struendos viarum aggeres quotidie exverti: antiquos vero titulos tuta alibi, tum etiam in hac ipsa Regia urbe ab infelicitis hominibus (quos Scythica propagine fatos suspicor) labefactari? Qued genus hominum ad perdenda pulcherrimum natum, utinam, expostulante me, REX harum rerum auan-tissimus (qualem nimirum Magni illius LVDOVICI potest decet) aliquando injecto freno contineat. Verum de his jam plura fortasse, quam erat mearum partium.

## III.

*Nec aliud quam encaeniandi notionem subiit consecrandi & consummandi verbis, planissime ostenditur.*

Venio nunc ad consecrandi verbum; quod non tantum de aedibus sacris, verum etiam de aliis quibuscumque aedificiis usurpavit Spartianus Hadriano cap. 19. Romae instauravit Pantheon, Septa, basilicam Neptuni, sarcophagis plurimis, forum Augusti, lavacrum Agrippae: eaque omnia propriis & veteribus nominibus CONSECRAVIT. Num ergo septa, forum Augusti, lavacrum Agrippae sacris caeremoniis, aequo ut templo sacrabantur? Non puto: nec enim inter res sacras (201) nu-

(201) Sacra haec tantum esse. Quae si per epistolam, ubi dicitur, sacrostante, sancto & religio-  
se esse. Aldus Manut. in ultimo.

**Merabantur.** Verum quia templa quo tempore consecrabantur, eodem & dedicabantur sive encaenabantur, hinc ea ~~intelliguntur~~, ut consecro pro ~~encaenio~~ poneretur, non tantum in sacrificis aedibus, sed late per omnia grassata fuit.

Verum age, largiamur sane (id quod videtur certe quod falsissimum) sed largiamur ~~consecrandi~~ verbum, ubi de thermis, foro, septis &c. agitur, ritualem ~~consecrationem~~ ~~consecrationem~~ arguere. Eritne idem de sepulcris judicium? minime: quippe quae sola corporis illatione sacra evadent, ut supra demonststravi.

○ accuratè agitur! Saera verb, inquit, dicitur aedes, ara; sacer lucus, mons; sacrum saxum, lignum; quorum ad consecrationem civitas consenserit. Infra: Proprie vero saera aera dicitur, sacer lucus, sacrum saxum: quia deo dicatae carimonias & publico civitatis instituta.

Sed tamen videri possit aliud sub Caesaribus obtinuisse; sub quibus loca publica videntur sacra evadisse, ubi ea Princeps dedicavit, aut is, cui princeps dedicandi dedit potestatem. Etenim Ulpianus (lib. 6 ad Edict. ) l. 9. D. de diuersi terreni sic ait: Sacra loca sunt, quae publice sunt dedicata, sive in civitate sunt; sive in agro. Scindunt est locum publicum tunc sacrum fieri posse, quum princeps eum dedicavit, vel dedicandi dedit potestatem. Et certe quum ex inscriptionibus constet, thermas, theatra, amphitheatra a principib[us] non raro dedicata fuisse; quis dubitat, ea post dedicationem sacra evadisse?

Sed tamen aliud suadet Marianus in l. 6. 5. 2. tit. cod. Athi videtur sacra res unice ad aedes sacras referri. Ejus verba sic habent: Sacra autem res suntiae, quae publice consecratae sunt, non private. Si quis ergo privatum sibi sacrum constituerit, sacrum non est sed profanum. Semel autem AEDE sacra facta, etiam diruto aedificio, non sacer manes. Vides profecto non aliud sacri loci nomine venire, quam aedem sacram; theatra autem amphitheatra &c. humani, non divini, juris esse. Quando autem haec ab impp. dedicata legimus, non erat illa ritusq[ue]s dedicata-

tio, seu consecratio, sed mera encaenatio sollemnitas. Facit huc eadem Ulpiani supra citata lex 9. 6. 2. Aliud ( inquit ibi Ulpianus ) notandum est, aliud esse sacrum locum, aliud sacrarium. Sacer locus est, coquus consecratus. Sacrarium est latus, in quo sacra seponuntur: quod etiam in aedificio privato esse potest. Et solent qui liberare eum locum religione volunt, sacer inde evocare. Itaque ubi in supra dicta l. 9. Ulpianus ait, locum publicum tunc sacrum fieri posse, quum Princeps eum dedicavit, videtur non quemlibet locum publicum (puta theatra, thermas &c.) intelligere; sed quatenus distinguitur a privato. Nam privatus locus, quamvis privatus est (etsi privatum sacrarium ibi constituantur) nimirum facit evadere. Ceterum ut locus sacer evadat, requiritur, ut sit publicus, ut consecratus, ac postremo ut sit verae consecrationis ~~decretus~~, (uti aedes, ara, & cetera Aldo enumerata) non tantum abusivae, quae nihil differt ab ~~synagogis~~.

Addam ad ultimum illustrissimum Quintiliani locum Decl. 3. 23. Haec omitti (templa & priusquam dedicacionis accipiunt ~~sanctissimum~~ religionem, opera sunt sanctum; dedicatio est illa, quae Deum inducit, quae sede destinata locat. An igitur in thermas, macella, foro, & talie, Deus inducebatur & an sede destinata locabatur? Minime. Relinquitur ergo ut sacra non effent. At in his ipsius operibus publicis arae nonnumquam alicui deo ponebantur. Hac deum sacra erant: cetera pedicia non erant.

Asavimus proinde illatione & encaeniabantur, & eadem opera  
consecerabantur : idemque protus in re sepulcrali erat τύμβῳ  
& αὐτῷ . Id jam pluribus epitaphiis elegiis confirmare pos-  
simus ; sed agmen ducat bilinguis Sponii inscriptio pag . 333 . n . 37 .  
in Scolastice Simeonis Stylistae prope Aleppum posita , quae sic  
habet : *Pl. Julianus. veteranus. leg. viii. inag. DEDICAVIT.*  
*Monumentum. suum. dis. Manibus. suis. & Laetitiae. morti. suis.*  
*liborisque. perdidis. suis. posterisque. eorum. ne. licaret. ulli eo-*  
*rum. . . . . ullo. modo. Quae oblitus in marmore , supple-*natur ex Graeco επιταφείῳ τῷ αὐτῷ μνήμῃ. h.e. alienare idem mo-*  
*numentum . Nam deinde idem Graece sic ponitur . T. Φλαυιος.*  
*Ιωλαῖος . Ουστρανός . ληγονος . Η. σεβαστης . αφείσθαι . φυματια . αυτο-*  
*θινέτες . Θεοις . κατηχθόνιοις . και . Δαιμοις . Αυτου . και . της . γουακος . αν-*  
*σου . πληρομαις . αυτου . και . της . εγκονος . αυτου . επις . μιθει . εξη π.*  
*πεταλοτεμαται . και . ουδινα . τροχον . το . αυτο . μνήμῃ .**

Ubi vides Graecum ΑΦΙΕΡΩΣΕΝ i. e. consecravit respondere Latino • DEDICAVIT i. e. encaeniat. Inscriptio ista illato jam T. Fl. Juliani corpore posita fuisse oque dicitur T. Flavius ille encaeniasse monumentum suum dis manibus suis &c. Id vero Graece ενέψωτο dicebatur , quia sola mortui illatione monumentum religiosum evadebat . Id jam clarius evincitur ex sequenti titulo , quem in eadem Salitudine ponit idem Sponnius , eadem pag . 333 . num . 36 . ΑΦΙΕΡΩΤΕΙ Αιμιλίο . Ρηγεν . ιε . Οαλτής . Ρηγιλλης . και . Αιμιλίου . Πτολεμαϊο . στρατηγακον . επ . IE . Βα-  
δυ . κορυπαιωμαν . υπετηκον . ξιοστη . ΕΠΗ . ΜΕΧΡΙ . ΠΑΝΗΜΟΤ . . .  
Quae Sponiis sic Latina facit : *Consecratum est AEmilio Rbegino*  
*Civi Ulpiiæ Rbegillæ & AEmilii Ptolemaei filio; qui militavit an.*  
*XV. adjutori corniculariorum consulari , qui vixit annos . . . .*  
Ultima vox ignorata Sponio Menfis Julii Macedonicum nouen  
(202) erat . Verte autem in hunc modum : *Consecratum ( sive*  
*dedicatum ) AEmilio Rbegino ( aut fort . Regino file aspiratione ,*  
*ut sit cognomen a Regilla matre inditum , quod saepe in lapi-*  
*dibus observavi ) domo Ulpiiæ , Regillæ , & AEmilii Ptolemaei fi-*  
*lio , qui mil . an . XV. adjutori ( 203 ) corniculariorum Consularis ,*

(202) Πάνεμον ( pro quo in marmore scribitur secunda syllaba longa Πάνημον ) quid Boeoti aut Corinthii vocantur , nolo quaerere . At Macedones ( a quibus indita mensibus nomina diu in Asia substituerunt ) Πάνεμον appellabant , quem

Romanii Julium . Testis Snidas : Πάνεμον διορια γνως τρεπει Μανεδον , οι Ιωλαῖος .

(203) Hujus officii spenti non reperi h. ult. D. de jure immunitatis , ubi Taruntenus Paternus lib . 2. militarium , inter immunes , fr . 18 .

912. an. . . usque ad Quinquagesimam . . . Sequebatur primus mensis ejusdem diea. Dicebatur autem huic aut illi mortui monumentum dedicari, in cuius usum primitus excaecabatur, ut infra cap. V. ducetur.

Addatur & haec pulcherrima ex Grut. 791. 3. D. M. ETI-  
SONIS. asternalio. securitati. memoriaeq. perpet. Actiae. Flavines.  
Militares. Q.V. et. XXXI. M. I. H. D. X. T. E. L. Hymenus. conjugis  
sanctissimae. dulcissimaeq. cum qua. uix. an. XII. T. T. PLL. COL.  
(i.e. duo Titi Flaviae Collinae tribu) Marcellus. T. T. T. T. T. Ampelis.  
Flavia T. F. Ampelle. matris. pientiss. sarcophago. sigil. eum. aperie-  
re. lafibus. fecer. et. CONSECRARVERINT. Idibus. Augusti.  
Pudentis. et. Orfisi. Cet. Is est annus 165. aerae Christi. Sane enixa  
ut Christiani depositionis feso annum diemque sedulo nota-  
bant, isque eorum dies natalis erat (de quo alibi plura dabi-  
mus) sic & in secundum gentiles diem illationis corporis, (quam  
huc Dedicationem, sive ad ipsorum dicebant) sedulo consigna-  
bant, ut in Sponiana & Reineiana, quas supra num. II. in De-  
dicandi verbo proculius.

Apud eundem Grut. 867. q. Haec. aedificia. propria. com-  
parata. facta. dicataq. (alii DICTAQ.) sunt. monumenti. sive.  
sepulchrum. et. et. allorum. quae. imbo. aedificiis. insunt. et. CON-  
SACRATÆ. sive. religione. sive. earum. causa. et. C. Comitiae. Sympo-  
sio. et. libertis. libertabusq. posteris. eorum.

Idem quoq. Gruterus pag. 862. 5. eleganter hunc titulum  
affert a Gudio, qui vidit in nonnullis correctum: C. Caecilius.  
Felix. et. C. Caecilius. Urbicus. locum. ita. ut. est. concamaratum  
(CONCAMARATVM cum A in tertia syll. restet habet; nam est  
ex Graeco *καμάρα*) parietibus. et. pilis. comprehensis. longum. P. VI.  
latum. P. VII. (i.e. VII. semis) CONSECRARI. SIBI. ET. C. Caeci-  
lio. Rufino. et. C. Caecilio. Materno. et. libertis. libertabusque. posterisq.  
eorum. excepta. Secundina. libertas. impia. adversus. Caecilium.  
Pellicem. patromam. suum: H. M. H. N. S. i.e. Hoc monumentum he-  
redem nos sequitur. CONSECRARUNT SIBI. cum quum ali-  
quie eorum illatus fuit. Apud Grut. 807. 14. P. Menisianos.  
uero. castiss. et. incomparab. affectione. feminae. cuius. de. obse-  
guis. dicere. minus. supplet. dolore. Q. Herculanus. maritus.

## CITREO

re inter eos, quibus aliquam sa-  
craeueni maneuverum graviorum con-  
ditio tribuit, referit & adiungere  
particulariorum. Cornicularis an-  
tientis consularis, ut de adiuvio est.

consulariorum consularis in landa-  
ta inscriptione nomen apparitorum  
est. Vide lo. 3. C. de apparito. Praef.  
grat.

cum. pigniteribz dñi. ea. Matis. locum. CONSECRATV.

Postrem in inscriptionum syntagmate Gudiano pag. 40.  
num. 1. haec epigraphe legitur : DIS. MANIBUS. ACILIAE.  
GRAPHICE. C. ACILIUS. ATHENOBIVS. LIB. BENEMEREN-  
TI. DE. SE. CONSECRAVIT.

Et certe in productis exemplis quum consecrandi verbum  
cum dandi casu usurpetur ; indicio id manifesto est , tantum-  
dem esse quod *encænio* , ut cap. IV. demonstrabitur auctoritate  
Virgilii , qui p[ro]p[ter]eo , quod alii dicunt *dedicare* aram huic aut  
illi deo , INCHOARE usurpavit .

Et Graeci quidem Latinique *consecrare* dicebant id quod  
erat *inchoare* aut *encaenare* . At contraria ratione Hebrei id  
ipsum *profanare* appellabant , maxime ubi de vineis & consi-  
tutionibus sermo esset . (204)

Restat postrem id unum , ut pauca de *consummandi* ver-  
bo tangam : quod eti plerumque , etiam in inscriptioni-  
bus (205) aliud non est quam *perficio* , saepe tamen in eisdem  
tantundem valet , quod *encaenio* . Plura proferre exempla  
possem ; sed paucis contentus ero. Inscriptio Neapolitana apud  
Fleetwoodum pag. 162. num. 2. Sanctissimo. deo. Patri. ex. voto.  
*consummavit. Julius Secundus Faonius. Dandi casu ostendit de-*  
*dicationis notionem. Adhaec in Villa Carpinea exstat inscri-*  
*p[ro]p[ter]eo pud Fabrettum pag. 91. num. 179. in hunc modum: Ti. Cl.*

Zef-

### (204) Hebreis לְלִכְדָּה cōfīl

*tel, profanavit* , ubi de arboribus  
sermo est , sumitur pro eo quod est  
*enrum usum communem reddere*.  
Vnde Beut. XX. 6. Jer. XXXI. 5. Sed  
equidem non video , quid coligerit  
interpretes ut in his locis *profanare*  
vertant quod ipsū *profanare* deinde  
interpretentur *usum inchoare*. Quid  
id necesse erat ? quando id verbum,  
ut in Hiphil *incipierit* habet signifi-  
cationem , eamdem occerte & in  
Pihel in laudatis locis habebit  
quae loca commodius mea senten-  
tia vertet is , qui *inchoare vineam,*  
*plantationes* dicet , quam qui *profanare*.  
Nisi quod *profanare* vineam  
translulerint nostri , sicut in eo  
Graecos interpres , qui *βεβλάσ-*  
*του traduxerant* . Fuit enim hoc  
in usu veterum Interpretum ob-  
vium *dictionum* significationem

sequi , ibi etiam , ubi aliud res exi-  
gebat . Nam quia לְלִכְדָּה cōfīl  
tel plerumque *profananda* verbum  
erat ; hinc ibi etiam ubi de inchoando  
usu vinearum sermo erat , illud  
*βεβλάστου profanare* dixerunt : cu-  
jus mox possum exempla proferre,  
non audeo . Ex quo deinde factum  
est , ut Hellenisticum *βεβλάστω* pro  
*inchoo* in talibus sit accipiendum .

(205) Ut apud Grat. 177. 40.  
*Aqueductum . coepit a Dico*  
*Hab. parte suo GONSVMMAVIT*  
*DEJICAVITQ. Sic credo etiam*  
in hac septentrionali epigraphe apud  
Fabrettum pag. 53. n. 309. M. An-  
reius. Statim. lib. copia. adnotatio-  
n. suo. CONSVMMAVIT. fhi. et.  
suis. Nam praecedens COEPTV.  
(quoniam sit ὡς 71) facit. ut CON-  
SVMMAVIT , quod sequitur , idem  
sit , quod perficit .

Zofimus. et. Plautia. Zofima. vivi. sibi. fecerunt. suisque. libertis. libertabusque. posterisque. eorum. ne. de. nomine. exiat. nostrorum. &c.  
Ad extremum manu posteriore additur: TI. CL. ANDREAS.  
CONSUMAVIT. Quid sibi istud consumavit vult? non aliud  
certe quam, quod ex omnibus illis, quibus sepulcrum illud  
paratum fuerat, primus illatus est Andreas, isq. sepulcrum  
encaenavit. Quod quia notatu dignum ad memoriam poste-  
rorum videbatur; superstites id recentiore manu subscripte-  
runt. Postremo, ut alia omittam, notum est illud tum apud  
alios, tum cumdem FletWod. 191.3. Consummatum. hoc. opus.  
sub. ascia. est. Heic certe consummare tantumdem valet, quod en-  
caeniate. Nam si perfectum interpreteris; quo, quaeſo, spe-  
stat id monere, sepulcrum illud eo fabrili instrumento con-  
ſtructum esse, quo cetera omnia conſtruebantur? Sed de hoc al-  
tero titulo nobis alibi ſermo redibit.

Non omittam heic haud tritum encaenati monumenti  
vocabuluni, Paullo usurpatum in l. 43. D. de rei vind. Ibi  
quem lapides monumento inaedificatos, etiam postquam re-  
moti sunt, vindicari posse, negasset; addit: Sed si alieni  
ſine voluntate domini inaedificati fuerint, & nondum FVNCTO  
MONVMENTO, in hoc detraffi erunt, ut alibi repnnerentur,  
poterunt a domino vindicari. Frustra sunt qui pro FVNCTO,  
quod est in Flor. Pand. legunt finito aut falso; nam Funeraria  
monumentum non est aliud quam dedicatum, consecratum,  
consummatum; tot enim modis dicebatur.

Postremo quemadmodum Quintilianus decl. 323. de tem-  
plorum dedicatione dicebat: *Dedicatio est illa, quae Deum  
inducit, quae ſede destinata locat. licet tandem de ſe-  
pulcri dedicatione h. e. cadaveris illatione dicere; quippe  
quae deos Manes inducit, & mortuum ſede destinata locat. Nec  
plura de ſepulcri dedicatione addam.*

Ergo si DEDICARE (ut & consecro & consummo) tum in  
rebus ceteris, tum maxime in re ſepulchrali: idem plane eft, quod  
encaenio; cur porro idem verbum conjunctum cum SUB  
ASCIA aliud erit? Imo plane idem: quod quisque melius per-  
ſecolliget, ubi de duabus reliquis clausulae hujus voculis edif-  
feretur.

*De Ascia vetere, ejus definitione, nominibus, memorib.*

I. *Asciae definitio.*

In Dedicandi sepulcrali notionē plusculum, TANUCCI, immoratus, veretur, uti sedant initia, ne & in *Ascia* multis sim futurus: praelestigmā quām eam rem non minima in plēisque obscuritate obliuia certare videar. Taceo, a nemine eritam viam; & siqui cōteri sunt praeſandas difficultatis loci communes. Jam illud primum animi pendo, utrum nomina ante deſromam, an id quod Philosophus appellat τὸν ἄνθρωπον. Verum quām nomina ſint magnam partem controversiae ſignificationis (extepto hoc quod Latino *Asciae* Graecum Συστημα certissime respondet) praeceat fane *Asciae* ſive Συστημα definitio.

Eam a Galeno mutuabimur, qui comm. ad Hippocratis et κατ' Ἀριστοφ. quām iſt̄ eo eſſet, ut ostenderet, genus illud Hippocratei ſplenii, quod εὐτερός illi dicitur, a εὐτερῷ τῷ μηδέ αſcia materiaria nomen inveniſſe: *Asciam* ſic definivit. Συſteμα πάντοι τῶν ἀρχαὶ ὁρμῆσθαι ὅργανον τοῦ, καὶ τὸ τίκτειν καὶ ὁ τίκτειν τὸ ζῷον, βραχῖα τριγονοῦ ἐχούσθαι, καὶ τὰς ἀδάκτους ἀπόλετα. *Asciam* quidem fabri lignarii quoddam instrumentum appellavit, quod in ſummitate, qua ligna incidunt, modice incurvatum supercilium habet, tamquād crepidinē. In qua interpretatione tūc non ſimpliſter fabri, ſed cum adjuncto lignarti tranſtulimus; non ea de cauſa, quia vocem εὐτερόν non aliter quam pro lignario instrumento reperire potui; verum quia Graecis TEKTΩΝ non generale eſt opificum vocabulum, ſed materiariorum (200) peculiare. Atque eam *asciae* definitiōnem (quaē & paulo aliis verbis alibi apud Galenom reperitur) cum *asciae* ſchematiſtis paſſim producſis pulchre convenire, nemo plane non videt. Atque haec de definitiōne.



(200) Dixi τὸν TEKTΩΝ non genere de quocumque opificio uiri-

II. NO-

## 3. Σεταρρος.

A Graecis exordiar, inde ad Latina progressurus. Quae Latinis *Aescis* dicebatur, ea Graecis duplii donabatur vocabulo; nam & Σεταρρος, eademque *εστην* vocabatur.

Ad prius vocabulum quod attinet, cuius etymon (207) ignoratur, id non aliter, quam de materia dictum *aescia* usurpatum reperio: nisi quod etiam pro vinculi seu chirurgicae deligationis genere ab Hippocrate usurpatur, sic appellatae, quod *Aescia* figuram praeserret; de quo accurate in processu capitum hujus, uti spero, disputabitur. Interim quum Hippocrati hoc vinculi genus Σεταρρος masculino gen. scribatur, manifeste hinc deprehenditur aeo Hippocratis fabrile hoc instrumentum utraq[ue] terminacione ac genere prolatum fuisse, ut & Σεταρρος & το Σεταρρος diceretur.

Ac primum errant vii ductissimi, qui putant, Hesychium Σεταρρος *aesciam* cum τιλάρα *bipenni*, confadisse, quum certe Hesychii (208) locus sanus non sit; nec sit verisimile, illipstis grammatico Homeri locum inauditum fuisse, ubi τιλάρα *bipenni* a ουτραρρη *aescia* diserte distinguitur. Exitat is locus Odys. E. 234. ubi Calypso Ulyssi ad ratem fabricandam utrumque instrumentum dedit.

## Δέκα

At hoc nihil communis habet cum fabrili instrumento. Itaque tacentibus veteribus grammaticis, nihil aliud refutat, nisi ut Σεταρρος vox tamdiu primitiva habeatur, donec aliquis exsilit, qui de originatione doceat.

(208) Hesychius: Σεταρρος, εὸν ἀμφίσσους τελεῖον. Non dubito, quin locus Grammatici sit visitatus; quod vel inde constat, quod interpretatio vocabuli solet recte casu, non quarto, subnekti. Itaque debet certe aliquid. Veluti si scriperit lexicographus Σεταρρον, (ιδοι ταξι. Οικηρ, άλλο το ὄγρατον ή) τὸν διμφίσσους τελεῖον. Inexplicimus hūi, si praetare autem, ea quae intra parenthesim scripsi, esse e manu Hesychii. Sed aliquid certe debet, quo significatur, inter Σεταρρος ac τελεῖον intenesse.

(207) Eustathius ad Homer. Od. B. 234 docet, vellus pecoris Dithyrambicos σεταρρος appellat, quia θεῶν τὸ σῆμα, quia tunc σῆμα. Διλος δὲ ας μετός Ομηρος Διθυραμβοτελεῖον, σεταρρος δημιος ορθονος, διλος ιτι εἴδε τίσω; ο στέκα δέρα.

Δῶνε μὲν οἱ τέλαιοι φύγειν, ἀρματαν τὰ παλαιότερα,  
Τάλαιον, σφραγίσθεντα ακαχμένον &c.

Inque manus magnam, anticipitem dedit illa bipennem, &c.  
Deinac : Δῶνε δ' ἐπει ταῖς αὐταῖς τάξεις. Dedit deinde & asciam politam, sive potius (209) acutam. Hinc αὐταῖς τάξεις sedile nos asciatum Sophocles (sup. apud Turnebum) appellavit. Idem poeta in Oedipo Coloneo pag. 274. ταῦτα εἴπειν τὸ γένος τῆς αὐτέρων. Sedebam in sacra bac impolita sede. Ubi Scholia festis αὐταῖς τάξεις exponit αὐτάκην, ἄξεων, ἀγλαῶν, & generalius, τὰ αὐταῖς τάξεις τὰ νομίμων non elaboratum. Possim & alios (210) scriptores proferre non paucos, si id opus esset: sed ita, ut nusquam hucusque, nisi pro τεκναρδ οὐδεὶς sive pro matrīcīpī instrumento repererim. Atque haec de ταῦτα.

## 2. 4 S C I 4.

## Xviralis legis occasio.

De Asciae vocabulo, & ejus diminutivo Acisculo (211)  
Hoc jam dicta sunt passim toto hoc libello, et fructu futurus  
sum,

(209) Euēgor in hoc Homeri loco, Eustathio pag. 1531. creditur Babere ἑρεγγυτικῶν σημασιῶν significatiōnēm activām, ut sit οἱ ξένοι; ut & βίλος ὀνυματος eidem explicatur αἰχνδατον, cito perimens. Deinde iudit: Διότι καὶ ταῦτα ἑρεγγυαν, dura δ' (συντάχειν) φρεσίαι, καὶ τοῦ πελέκους φονος v. 441) Πελέκης δ' αἵρετος χαλκῷ, ξένοι δ' ἐπιστάμενοι. ubi vides τὸ πελέκους την πελέκην, ξένοι vero ad Alcætæ ἑρεγγυαν pertinere. Et quidem πελέκους est præcidiū (quod proprie est Latinorum Dolare) ξένοι vero est poliūs.

(210) Lucianus: Μάρτης αὐταῖς τῷ τάκτῳ καὶ τύπων. Ut fabro signario ascia & terebrum. Plut. in II. de carnium esu: τηρεῖσις καὶ σκηναρεύεις, καὶ θεα λεπτηρῶν τίκτουν. terebris as if iisque scripsi que intestinariis instrumentis. Adhaec apud Pollucem VII. 113. & X. 146 inter materiariorum instrumenta primūn locum Σκηναρεύον occupat. In Glossis veteribus Σκηναρεύον exponitur. Ascia: & Σκηναρεύα. Runcinae. In LXX. etiam 1. Par. XX. 3. cum σπέρας ferris conjugatur. Et Is. XLIV. 12.

την αἴρεται τάκτην σιδηρον. σκηναρεύεις αργασταν αὐτὸν, καὶ τὸ πρέπει &c. At 2. Reg. XII. 31. pro Σκηναρεύον σκηναρεύεις atia interpretatio habet σκηναρεύεις. Ne illud quidem Lycophronis v. 1105.

Tunc σκηναρεύεις πόλυχον αὐτήν την μέσην.

Acuta αὐαῖς ascia calvariam; quod in Addendis expendetur; alia in habet quam toties jam dicti instrumenti significatiōne.

(11) Asciae diminutiva duo sunt acisculus & asciola. Ea Graecis duobus respondent Αξινδεύς & Αξινδίον (nisi haec nāvis αὐτιβελλαν verteere) quae junctim in Studa reperies. De Acisculo nihil addam praeter ea quae ad Phil. a Turri dicta fuerunt, & alibi. At alterum Asciola probum non est, quippe quod in Isidori G. offis tantum repehatur, ubi legitur Asciculus, Asciola, Dolabraz & in Isidori XIX. Orig. 19. Ascia...cujus diminutivum nomine est Asciola. Etiam in G. offis (insya producendus) Asciolæ & Asciculi meminit. At Asciculus in Glos. Can-gii ex Jo: de Gallandia in synonymis, est cultellus magnus, aut cultellus quo pergamenum dividitur.

sui, si verbum addam. Verum quia primi omnium xviri hanc vocem usurparunt in ea lege ROGUM ASCIA NE PQLITO; non finam ut ad quam legem illustrandam tot jam viri doctissimi symbolas contulerunt, ea nullam a me, tamquam ab imi lecti conviva, collectam exigat.

Et quidem legis sententiam quod spectat, nihil ad ea adjicam, quae viri eruditissimi perviderunt; nam sumptus supervacaneos amputari, qui certe in doldra pyra, mox in favillam redigenda, supervacanei fuissent. Nunc quid occasionem legi dederit, quaero; & simus unde desumpta fuerit.

Non dubito, quin ante xviro, Romulidae in rogo extruendo insanierint; dum non satis haberent ligna ex saltu comportasse ea, quae usioni essent idonea, nisi etiam materialis omnem sic, quasi ad opus intestinum, perpolivissent asciae (212) adminiculo. Ea consuetudo tamdiu valuit, quamdiu aut regiae leges valuerunt, aut civitas incerto jure vixit. At postquam ad clarissimas Graeciae Urbes, in primis Athenas, & Macedoniae (quae duo Graeciae oculi habebantur) legati missi, optima quaque singularum instituta didicissent; necesse est eos inter Lycurgi leges illam prae ceteris demiratos, qua vetabantur construi domus (quae antiquitus plerumque ligneae erant) aut contignationes, aut januae, nisi folius securis, & ferrae ope; utique sine asciae aliquamque (si qua tune forte plura erant) ~~et~~ positionibus. Obstupescatos tanta severitate legatos, simul credo puduit Romanae luxuria, praesertim in rogo mox absimendo lascivientis. Jam tum certe destinatum eis fuit mox ut redirent, datus operam, tantao ut insaniae obviam iretur, itque in eorum pittaciis sedulo fuisse adnotatum. Atque hinc profecta est de rogo ~~et~~ lex illa: ROGUM ASCIA NE POLITO: quasi dicerent, ~~et~~ rogo esse parandum: lex tanto illa Lycurgi mitior, quantum interest, rogo ne rudi atque impolito brutum cadaver comburendum imponatur, an in cubiculo ex rudi asperaque,

mate-

(212) Haud semel Nullius in De legib. ex eo quod xviri vetutunge, colligit id ante xviro fuisse factum; alioquin non vetuissent. Sic in II. c. 24. Haec praeterea sunt in legibus de unctura: quibus servitis unctura solitus, omnisque circumpotatio: quae & recte colluntur; NEQUE TOLEERENTVR, NISI FVISSENTR. Ibidem mox. Credoque, quod erat factum, ut unci plura fierent, letitique plures florarentur; id quoque ne fieret a legi sandrum est.

materia composito totes quis vitas annos faciat. Sed cur non de Lycurgi Rhetra, ex cuius accumulatione xviralom profedam dixi, doceo? Plutarchus in vita Lycurgi (edit. Francof. pag. 47. B.) (213) Astora jam Rhetra adversus luxum fuit, ut quaevis domus nullo alio instrumento, quam dumtaxat fasiligium bipenni, fores ferrari fabricatas haberet. Nam quod dixisse pastorem de mensa sua Epaminondas ajunt, **TALE PRANDIUM NON CAPERE PRODITIONEM**, id priori in mentem Lycurgo venit, **TALEM DOMUM DELICARUM ET LAUTITIAE HAUD FORE CAPACEM**. Nam quis tam ineptus & omnes fuerit qui in Iarem ideo simplicem ac vulgarem lectos argenteis fulcris instrumentos, purpureas strigulas, aurea pocula, & qui bacem compitatur, splendorens inferat? Certo convenerat & aequetur operet aedificio lectus, lecto reffis, buce reliquias cultus atque supellex. Ex hac consuetudine illud proscelutum ferunt, quod Leotyphidas Major, Corintbi quinquecaenares, podium rectum laqueatum, & magnifice exstructum conspicatus, hospitem rogaverit, **ECQUID LIGNA APVD EOS QUADRATA NASCERENTVR?** Parva hic apud eundem Plutarchum in Laconicis (p. 14) Apophthegmatis perperies. Vides ex uno specimenne quam temperatae ad lenitatem

sem

(213) Plut. in vita Lycurgi (edit. Francof. pag. 47. B.) Ετέρα δὲ πολὺν καὶ τῆς πολυτελέως, οπις ρίξια πάσα τὴν μὲν ὄρροφον αὐτὸν πελέκες φρασομένην ἔχει, τὰς δὲ θύρας αὐτὸν περίσσος μάνιον, καὶ μανδινές τῆς ἀλλαγής εργαλάνου· ὅπερ γέρες ὑπερού Επανιγόντας πάντα λέγουσιν εἴπει τῆς θαυμῆς βαπτίζεις, οἷς τὸ πρώτον ἀργεῖν καὶ χαρᾶν προδοτίαις, τοῦτο πρώτων ἐνοποίησι Λακοῦρηγός & οἰς οὐκαντι ποιεῖται τροφὴν οὐ καρποῦ, καὶ πολυτελεῖται. Πούδε δέσποινδες αὐτὸς απειροκαλεῖται καὶ αἰσθητος, οἷς εἰς οὐκαντι σφελῆ τῇ δημιτρίην περίβρασται πλίνιος αρρωστοδακτυλίος σφρυματος ἀλαίρησις, τῷ χρυσῷ κυλίκας, καὶ τὸν τούτοις διπομένον πολυτελέαν. Λαδὸν αναγκητὸν αρμόζεισι καὶ συνέδομοισι τῇ μὲν ὄπικᾳ τὴν κλίνην, τῇ δὲ κλίνῃ τὴν πλάνην, επιτή δὲ τὴν ἀλλον κυρηγίαν καὶ καποκοπίαν. Εἴ τοι τοιασι τῆς παντούσις φασι τῷ Λακοῦρην προσβαθμον τῷ Καρβύδῳ διανοῦντα, τῷ Στερεμένῳ τῆς σύρης

τοῦ ὅτικη τὴν καπισκεδινην πολυτελῆ τῷ φραγματινῷ, ἐργασίαι τὴν ξένον, εἰ τεράγυνα παρ' αὐτῶς τὸ ξύλα φύε). Ligna σφρυματα (ιων γοινινοι vocat Plin. XVI. 59.) πιμπαντι Spartani, quae opponuntur quidem tetragonis, sed opponuntur etiam πολεκτοτος apud Theophr. Vide not. 215.

(214) Plutarchus in Laconicis Apophthegmatis (edit. Francof. pag. 227. B.) Επιζητούμενον τὴν πολιά τῇ φροντὶ αὐτὸν πελέκες τοῦ σίνας επιτιθήσαν προστάξει, γέρεαν δὲ αὐτὸν πρίονος μάνιον, καὶ μαρτινές αὖς ἀλλαγῆς εργαλάνου· δότε ἀν, οἴη, ματεράζοισεν εἰς πολεκτού τοσοὶ πάνται δοσι εἰς τὴν οὐκέτι εἰσαγόντος, καὶ μποτέ τῷ παρ' ἄλλος ζηλουμάρτινον ἔχοντι. Οὐτούσιαν μεταποιητικῶν, τινες ad γερμίσιαν δομους ἀποτομεῖσιν sola scuta peti, παλαιοίς instrumentis, permixtis, εργοποιεῖσι (Lycurgus f); Ήτοι εἰς mediocris statim serventes in omni

tem leges xvitorum exsisterint, & quam longe a prisorum legislatorum severitate absuerint. At ne hoc quidem diutissime obseruatum fuisse documento est, quod de depictis (utique & ascia- tis; nec enim rūdis materia depingi potuisset) sui temporis regis prodidit Plinius, de quo vide supra Guichardum pag. 11.

At mihi quis fortassis objiciet illud Ciceronis in II. de leg. c. 23, a Solonis legibus illam de rogo ~~ἀρντάσιον~~ repetentis. Verum notari mihi velum in Ciceronis verbis ~~μέσον~~ illud FERE. Jam cetera, inquit, in XII. minuendi sumptus lamentationesque funeris translatæ de Solonis FERE legibus. HOC PLUS, inquit, NE FACITO : ROGV M ASCIA NE POLITICO .... Extenuato igitur sumptu, tribus riciniis, & vinculis purpurae, & decem tibicinibus, tollit etiam lamentationem. MULIERES GENAS NE RADVNTO, NE VE LESSVM FVNERIS ERGO HABENTO, &c. Ex his vides, non omnes ac singulas verbo tenus leges, sed universe consilium minuendi sumptus lamentationesque translatum de Solonis legibus. Aut si leges ipsas a Solone arcifistis vis; adde <sup>ad</sup> FERE h. e. magnam partem. Ceterum tantisper dum quis doceat, fuisse in Solonis ~~ἀρντάσιον~~ de ~~ἀρντάσιον~~ rogo vestigium (quod nemo umquam praestabit) ego a Lycurgi Rhetra altera, non legem ipsam de Rogo, sed legis ejusdem aemulationem ac studiū manasse contendam. Nisi vero longe aliam legis distinctionem atque interpretationem cedere libeat; de quo subjectam (215) adnotationem adibis.

## III.

nibus, que in domum important, nec eorum quidquam possidant, quae ab aliis magni sunt. Tum & Leotychide factum eisdem verbis reseatur.

(215) Quid si vero major longe, quam vulgo creditur, haec legge severitas continetur? Quid enim impedit, quo minus cum Rivallio & antiquis (vide pag. 6. not. 2.) sic distinguamus? Ne facito rogum: Ascia ne polito. Quae distinctio eo redibit, ut priore legis capite ro- gus veteretur; altero in doino con- struenda nullus aliae usus; prorsus ut ex Lycurgi sententiā, contigna- tiones, ac ianuae ~~ἀρντάσιον~~ hant. & ~~ταῦτα~~ ~~ταῦτα~~ ~~ταῦτα~~ aplovos pōver. Sed intercedit ei distinctioni Ma- nucus. Non puto, inquit, Rogum prohiberi, quium urī conceditur:

illā legē scil. IN VRBE NE SE- PELITO NEVE VRITQ: qua le- ge non crematio vetatur, sed ne in urbe id fiat. At quis scit an non verborum hujus legis hic sit ordo? Ne sepelio in urbe: neve urita; ut hoc alterum in totum veteretur. & ne extra urbem quidem crea- matio permittatur. Aut si vero con- cedebatur extra urbem combustio (nam certe quantum est Romanae historiæ, cremationem docet) quis scit, an non xvii tamen Rogum vetererint (nam fort. Rogus sive Pyra non sine sumptu construeha- tur) urī vero tantum sine sum- ptuoso illo rogo siverint, nim, ut super incompositam lignorum struem nulla artificio factam cada- ver imponeretur?

Sane nihil est quod huic alteri

de verita *ascia interpretationi officiat* praeter Ciceronem ; qui hanc legem totam ad minuendos funerum sumptus pertinuisse docet . Nunc si quaevis *Ascias polisio vetaretur* , quo Cicero inter leges de funerum sumtu minuendo id posuisset ? Fas est ergo haec altera legis distinctio de interpretatio ; ne dum xviro per omnia Lycurgi rigorem aemularis , volumus ; intentum co impudentias prolabanur , quam supra in Auct. de Relig. Gallo . ( vide supra pag. 74. not. 91. ) reprehendimus , ut Ciceroni hanc legem non intellectam , statuanus .

Sed tamen antequam hinc abeam , non possunt imperare mihi , ut , quid mihi in legis hujus distinctione , quae obtinet hodie , displiceat , dissimilem . Nunc quidem omnes sic legunt , ac sic distinguunt : HOC PLVS NE FACITO : ROGV M ASCIA NE POLITO ; quorum verborum hic certe ordo erit : PLVS ( i. e. præterea ) NE FACITO HOC : NE POLITO ROGV M ASCIA . At quis in his verbis moxiam ~~relegit~~ a legislatorum , & maxime xviorum , stylo afformentem non videt ? Omnino illud NE<sup>o</sup>FACTO nisi cum sequentibus nectatur , otiosum erit . Atqui NE FACITO ROGV M , ut modo vidimus , non potest cum Ciceronis auctoritate stare . Non aliud ergo restat , nisi ut cum Jac. Raevardo ( vide sup. pag. 6. not. 2. ) distinguamus : NE FACITO ROGV M ASCIA : NE POLITO . Quin & idem Raevardius illud HOC PLVS Ciceronis esse , non XIL putavit ; quasi veleret Cicero , legem hanc legibus a Solone latiis *boc plus* continere , nim. NE FAC. ROG. &c. Ac revera , ut ostendimus , hoc caput non a Solone translatum fuit , sed ex Rhetoriarum aemularione possum . Verum age duo illa monosyllaba , HOC PLVS , sint plane xviralia ; at aliud certe non valebunt , quam *Hoc amplius* ( i. e. *præterea* ) in legibus usitatissimum . Deinde verbis illis , NE FACITO ROGV M ASCIA , ligna rogi

~~deponitur esse jubenter~~ : politem quod auditur NE POLITO ; ~~τελέκτος~~ ipsa prohibetur h. e. rudiis in materiae expeditio ope bipennis facta , qua exteriora ligni crassioraque detrahabantur : id quod vulgo materiali nostru dicunt *affacciare* . Ut omnino ligna non aliter quam σφρυγός ( quae Theophrastus nonnumquam ~~τελέκτος~~ opponit ) rogo adhiberi . XVIII. iuxter Theophr. V. hist. pl. 7. τὸ δὲ ξύλον τὸ μὲν χιστόν τὸ δὲ τελέκτοντα ; τὸ δὲ σφρυγόλα . Lignorum sunt quae simplices , quae bipennis exterius dolari , quae rotunda ( & intacta ) servari . Ibid. Πλεκτρὰ δὲ ξύλα , σφρυγόλα καὶ τὰ αὐλαῖα . At eis πλεκτρὰ , quaecum extiora bipenni detrahuntur : σφρυγόλα i. e. rotunda eae , quae intacta . Videatur etiam de his Plinius XVI. 39. ubi & Terre & Usus rotundi ligna nominantur ; & mox : Tigna & quibus assūtis servis conicem . Nec porro nunc vacat Pliniana cum Theophrastis sic comparare , ut quid cui respondeat , recte constituantur . Sed tamen , ut eo redeam , ligna rotunda , ac ne bipennis quidecum opere corticata adhiberi rogo ~~δεσμος~~ ~~στεγη~~ volebat .

Potremus si nihil prorsus , non modo in lectione priorum monosyllaborum , sed ne in recepta quidem ab omnibus distinctione , inutendum est : Ordo verborum talis est omnino debet : *Ne facio plus* ( h. e. plus modo illo funerum paullo ante ex Salonis legibus definito , tribus viciniis , & viciis purparae , & decimi tribicinibus , & siqua erant alia : deinde additur ) *Rogum ascia ne polisio* . Atque in hac demum legis distinctione & intelligentia conquiesco ( ita ut *Nec plus non sit præterea* ; sed *Placatu quarto , Hoc sexto sit postum* ) nam superiora illa magis accendi ingenii , & versandae in omnes partes ejus interpretationis gratia . produxi , quam ut latum unguem & trita ac excepta distinctione recesserem .

## S A X I N H.

*Quatenus a ταλάν bipennai distinguuntur : & quod non  
sit prorsus idem , quod Σκέτρον Ascia . Sed sit potius  
dolabra . Scriptores peccim illustrantur ,  
alicubi & emendantur.*

Alterum Graecum Asciae vocabulum Αξίμ est ; quam  
revera Asciae , (nisi potius Dolabrum ) nomen esse , dubitare nos  
Veteres ( 216 ) Glossae vetant ; deinde & hec , quod Latinum  
Ascia ab Αξίμ inventisse nomen Vossio videtur ; quem vide  
sup. pag. r6 . Quamquam mihi quidem longe aliud sedet etymon ,  
ut a Ζεύ aut ( 217 ) Εὖ deducenda commodius videatur .

Sed quia hoc video penitus Graecissantium complurium  
mentibus infediffe , ut Αξίμ securim interpretentur ; adeat ,  
quaeso lector , ut alios ( 218 ) nunc taceam , harum litterarum  
facile principem H . Stephanum in Thes . ubi inter Αξίμ &  
τίλευτ sic esse distinguendum , ut illud sit ascia vel dolabra ,  
hoc securis , Homeri & Xenophontis auctoritate docet . Quorundam  
hic in Hellenicor . III . dixit : Πόλεις μὲν μαχίμας , τολμέταις δὲ ξίφοις ,  
τολμέταις δὲ σθόνταις , τολμέταις δὲ πολεῖταις , τολμέταις δὲ πολεῖταις .  
Multas πολεῖταις , multos gladios , multa verucula , multas fer-  
ores dolabrumque , & multas falcos . Homerus autem II . O .  
Οὐδέποτε πολεῖταις οὐδέποτε πολέμοι .

*Pugnabant acribusque bipennib[us] atque dolabris .*

Sed iam ante Stephanum id discrimen ad hunc Homeri locum  
notaverat Eustathius pag . 1639 . οὐδὲ δὲ τίλευτ επος αξίμ

did-

( 216 ) In vet . Onomast . Latino  
vocabulo Ascia Graecum responderet  
Αξίμ : deinde in Glos . Graeco - Lat .  
Graecum Αξίμ exponitur Dolabra ,  
scilicet Dolabrum . Ecce Αξίμ ~~parvum~~  
( i . e . Ascine materiaria : nam uti  
diximus supra , τίλευτ est mat-  
teriaris : additur autem materiaria-  
ria , quia erat & ascia strumentum ,  
ajornatum & cisticum ) in Philox . Glos .  
est Dolabra in Onomast . Ascia . In ei-  
dem quoq . Glossis Αξίμ λεπτήται est  
Acieris ( de quo ad Muratorium di-  
ximus ) & Αξίστον est Dolabella .

( 217 ) Cur enim Asciam ab Αξίμ deductam dicamus , quantum , si  
rem ad vivum resicare libeat . Αξίμ non tam Ascia , quam Dolab-  
ra , nati dicetur , esse videatur &  
At Ζεύ & Εὖ verba sunt τις λε-

γεγραπταις , nam & Radere & expolire  
significant , ac plerumque de mate-  
riis usurpantur : unde & τὸ ξίλον  
lignum a Εὖ deducitur . Aeolas  
porro τὸ Ξ in SC communare con-  
suevit , supra a Vossio pag . 16 . di-  
dicimus .

( 218 ) Aemilius Portus , in suo  
Suida illud Αξίστον & αξίμ . οὐδὲ  
τίλευτ επος επος επος , sic Verit ,  
ut non securis , sed dolabra & do-  
labellae , asciat & asciolae nomina  
usurparit . Item Kusterum in co-  
dem Suidae loco Asciat & parvae 4-  
sciæ nomine usum video . Nolo hec  
lectorum obtundere , si quid singulis  
interpretis Αξίμ sint interpretatio-  
morosa diligenter persequi sacra-  
gam .

διάφορος, μήδε μήλοις οὐ, Πλεκτίσαι τούς αἰχνύντας. Heic autem nolo praeterite, quid de hoc more pugnandi bipennibus, & dolabris alibi Eustathius adnotaverit. Is enim ad Il. N. Barberorum, inquit, consuetudo est dolabris, ac bipennibus depugnare: idcirco alibi ( hoc scilicet loco, quem recitavimus ) Trojani πλέουσι τούς αἰχνύντας μηδεμιά ( 219 ) Trojanos barbaros appellat, quia Graeci non erant. Verum hoc est πρόσθιον.

Sane autem, quod in praecedentibus Xenophontis, & Hosmeri locis αἰχνύντας ( bellicas scilicet ) non ascias, sed dolabres vetti, id non temere, sed etenim iudicio feci. Docui supra ad Muratof. not. 151. 153. praeceptum inter asciam, & dolabram discentem repetendum esse à manubrii modulo, quod in illa brevius, in hac longius erat. Ecce autem quod ibi ex sola dolabrarii figura statuerat, docuit me deinde Eustathius ad illud Hom. Il. N. 611.

— — — — — οὐτε δυνάσθε εἴλευτον καλόν

Αἴγινον εὐχαλκον, εὐλαῖρη σίμηρον τελέκηνον

Μαρψ ἐδίδοσεν. At ille ( Pisander ) sub senecte summis pulchram dolabrum exdere subtefactam, oleagineo insertam manubrio, longo, bene potito. Ibi Eustathius pulchritudini αἰχνών οὐδεποτε parum ( 220 ) dissidere innuisset; hoc tamquam inter ea deinde interesse notat, quod οἰκτάρανον patro manubrio instruetur, αἴγινον longo. Sic enim ( pag. 949, lin. 58 ) habet: οἱ ( τελέκηνοι ) παρέπει μηδέποτε, οἷς μη οἰκτάρανον οὐδὲ αἴγινον. Quod manubrium longum dicitur, quippe quod non ascias, sed dolabrae es. Vides heic ex modo manubrii effici τὴν Αἴγινην potius Dolabrae, quam Ascias responduisse.

Sed eo redeo, unde incepit. Nam profecto quantum inter τελέκηνον & αἰχνήν sit discriminis nulla potest indicio evidētū.

( 219 ) Eustath. ad Il. N. pag. 949. lin. 41. Βαρβαροί δέ τοι αἰχνύντας μέχεται τούς τελέκηνούς διό τοι Οἴξιοι τελέκηνοι τούς αἰχνύντας μέχεται.

( 220 ) Eustath. ad Il. N. pag. 949. lin. 51. notavit, artificiose poetam oleaginum manubrium αἰχνήν dolabrum tribuisse; ut & οἰκτάρανον Asciæ ( verum in οἰκτάρανον memoria labitur; nam in supra recitato Od. E. loco, ubi de οἰκτάρανον, nullum de oleagineo manubrio

vestigium ) quippe quoniam talium peritus ipse, nobis etiam in transītu peritiam facias. Τεχνικὸς δὲ τελέκηνος εἰδίνον τοῦ αἰχνήν χρηματικὸν ποιητήν, οὗτος τούτον διατίθεται εἰδίδεις αὐτοῖς, καὶ ποιεῖ εἰς παρέπει τολοντελέκηνον χαράξαντος δίδωσι. Vides enim his verbis, putasse Eustathium, Σαξιτάρανον & Αἴγινην cognata strisse instrumenta, eaque de causa nerumque ex aequo oleagineo armatis manubrio.

dentius fieri, quam illustri Artemidori loco, in quem nuper in-  
cidi. Is igitur lib. II. cap. 24. quod inscribitur πέλεκυς γεωργίας, in  
eo est ut ab omnibus agriculturae instrumentis per quietem vi-  
fis capter conjectiones. Inter cetera meminit πελεκάς & αξίνης;  
ex quo obiter vides non temere Palladium lib. I. tit. 43. in in-  
strumento rustico, dolabris, secures, ascas retulisse: ut  
& Columella II. 2. Dolabrum, alibi dolabellam adhibet. Ergo  
Artemidorus de πελεκας & αξίνη sic habet: Πέλεκυς δὲ & σδοεως τὸ  
θλάβιος εἶται σπιλιον καὶ μάχης. Αξίνη δὲ, γυναικός τε καὶ γυναικείας ἐργα-  
σιας· καὶ γυναικείας μὲν ἐργασιας διὰ τὸ τῷ χρατοῦντι σύμφιλον καὶ προ-  
σίλλειν γυναικός δὲ, διὰ τὸ διονυσία. Janus Cornarius sic vertit: Bi-  
pennis seditionis & damni ac pugnae signum est. Ascia (sive  
dolabra) mulieris, & muliebris quaestus: & quaestus quidem mu-  
liebris, propterea quod tenenti conducat, & attrahat. Mulieris  
autem propter ipsum nomen (quo Graecis αξίνη appellatur). Ve-  
rum is locus obscurior est, quam ut sine commentario vulgo  
ab omnibus intelligatur.

Nam primum τὸν πέλεκυν ait σδοεως i. e. seditionis esse si-  
gnum. Quid ita? nimirum quia Πέλεκυς ex vi suae nativae  
significationis (221) δίσομος h.e. antepis erat; unde & Latinis

### Bipen.

(221) ~~Ante~~ dixi, πέλεκυν sua  
nativa notione esse ~~ancipitem~~, id  
oculis subhicit Sunniae Rhodii  
poetam, quod πέλεκυς inscri-  
bitur, cuius versus ita disponantur  
ut bipennis sive securis ancipi-  
tis formam exprimant; quods qui  
πέλεκυν usurpare oculis volet, ad  
fines Theocriti videre poterit una  
cum σιργγῃ & φουσῃ & ο. que  
sunt simili artificio composita. Nec  
aliud fuisse, mihi persuadeo τὸ  
πέλεκυς χειραπud Proclum,  
quem scriptorum ad manus non  
habeo. Nec aliter, quam opere du-  
plicati acuminiis difficultem satis  
Etymologici M. originationem ex-  
pedire potui, in quo in ea voce sic  
legitur: Πέλεκυς, τραχὴ τὸ πέλεκυν  
vnde. τὸ γαρ τέλεον συντίθεται τὸ  
γίνεσθαι καὶ εἶναι σπασία καὶ τὸ α-  
ντερπόσθετον. Vult πέλεκυν, inde di-  
cūm, quod velociter converteatur,  
τραχὴ πέλεκυν οὐδετερον nam τὸ πέλεκυν  
inter certa etiam converti significat. Quo tid pacet? quia πέλεκυς  
τελις, qualis est ille Simplicis γ.

trinque acutus, scilicet circa  
manubrium, tamquam suum axeris  
rotatur: at si in securi simplici (i.e.  
una cum aste) id agere possit, difficil-  
lime obtinebitur. Deinde & eodem  
facit illud πέλεκυς epitheton Ho-  
mericum: αμφοτερών απαχμένον  
Od. E. 234.

Δοκει μέν αὐτὸν πέλεκυν μήγαν ἀ-  
μφοτερών τε πελάγεται  
Χάλκεον, αμφοτερών απαχμέ-  
νον.

In manibus dedit ibiic babilone  
ingentemque bipennem,  
Aerataam ~~ancipitem~~. Postremo  
(ut & de posteriore aetate docu-  
meata producam) apud S. Euch-  
erium Lugd. in Formulis spir. cap. 2.  
Bipennis (est) geminata afflictio:  
Respicit autem Ps. LXXXIII. mihi  
Graece est αὐτὸν πέλεκυν.

Sed tamen eti πέλεκυς sua na-  
tura δίσομος erat, tamen ονατισ-  
quam & επόδοσον fuisse reperio:  
Tum vero adhibetur dicer iminis  
causa istud επόδοσος, ut apud  
Synodus epist. 108. πέλεκυς επό-

σομει περὶ τὸν Κάνιν ἀκόμη. Πελέκας  
Αμφισέρια & ἔπειρος μειναῖτο Pol-  
lux I. 12. Μονοζόμιο Hesychius in Η-  
μιτέλεκας; ubi Ημιτέλεκας (pro quo  
legendum Ημιτέλεκας ut in Suida)  
exponitur τέλεκας (five potius τέ-  
λεκος) μονόζομος. At Homeris id  
appeilavit ημιτέλεκος Il. Ψ 55.  
Καδδ' ετίθει δέκα μέρη τελέκες,  
δέκα δ' ημιτέλεκας. Depositis ide-  
cetis bipennes, decemque scutares.  
Quod Eustathius exposuit μονόζο-  
μος τέλεκος, itemque μυρός τέ-  
λεκος. Utrumq. enim hoc in ημι-  
τέλεκος fuit, tum simplex acies,  
tum & dimidiatum manubrium,  
quod contemplari potes in hoc  
schemate, quod in inscriptione  
Baebiae Gratiae  
supra in Maturorib  
pag. 113 delineatum  
produxiimus; quod  
certe est Homeri-  
cum illud ημιτέ-  
λεκος, & Eustathii  
μονόζομος idemque  
μυρός τέλεκος; identique Synesi  
τέλεκος θωράξομος, qui prae sua  
exiguate zonae insertus gereba-  
tur: idemque postremo & Dextra-  
lis Isidori erat, de quo in XIX.  
Orig. 19. posuit: *Dextralis, dext-  
rae habilis.* Unde habes *Dextralem*  
ab ημιτέλεκος non discrepasse? Ex  
Homeri Scholia, qui si notavitis:  
Ημιτέλεκος, τὸ ήμισυ τὸ τέλε-  
κος, τὸ ἐκ τοῦ ἑδεί μέσου μέτεν  
θέον αἷμαν, δὲ καὶ ΔΕΞΤΡΑΔΙΟΝ  
χαλσοτ. Ait, ημιτέλεκον (quasi  
dicas semipectore) esse scutis di-  
midium, ex una tantum parte bi-  
bensi acumen, quem DEXTRALEM  
appellant. Utitur Δισέγια voce  
Theophylactus Simocatta VIII. 4.  
ubi clavas ferreas Romanorum lingua  
Δισέγια appellari dicit; pro  
quo Cangius concitat auctorem scri-  
psisse Δεξιέλεκτον vide in Graec. Glos.  
Joan. de Janua: *Dextralis dicitur*  
*scutis dexteræ habilis:* quæ sunt ex  
Isidoro, Victor Vita in I. de perfec.  
Vand. initio: *Ubi . . . clavas re-  
pererunt portas, certatim ieiibus*  
*dextrarum aditum referabant: si*  
*recte sunt dicerentur: quasi in sylva*  
*lignorum securibus &c. ut in Ps.*



XXXIII. Perro *Litteris* tantum-  
dem erat, quoniam alii posterioris  
aevi scriptoribus *Manuaria* (de qua  
vide *Cangium*) dicebatur; a qua  
*Manuaria* non dubito quin vixit  
Italicum *Manuaria*, & dimin. *Man-  
uaria*; quo nomine supra positum  
instrumentum appellabat *Manu-*  
sup. pag. 113.

Dixi, τέλεκον sine additamen-  
to alio intelligi anticipitem. Car-  
et ergo Hesychius accusativum τέλε-  
κον interpretatur τέλεκον δίσημος?  
fatis erat dixisse τέλεκον. Id quia-  
dem leve; quia jam Hesychii aet-  
ate magno in usu erant illi ἐπέ-  
γόμενοι τέλεκοι, quos ex Synecho no-  
minavimus; ut propterea adden-  
dum censuerit grammaticus, τε-  
λεκα apud illum poetae intelligi  
δίσημος, non alterum illum suo  
aevi usitatiorem επεργόμενον. Illud  
gravins quod apud eundem Hesy-  
chium in Ἀξίῳ reperitur. Αξίον  
δίσημος τέλεκος. Nam ex his ver-  
bis elicitor, Αξίον (h. e. five  
ascia) sive potius dolabra) sem-  
per ac sua nativa notione δίσημον  
fuisse; τέλεκον non semper τέλεκον;  
alioqui frustra addidicet δίσημος.  
Verum Hesychiana haec propterea ex  
edit. Basil. & Scovel. rec. tavi) ma-  
le habentia transposita tantum pot  
δίσημος distinctione, facillime faci-  
tur. Scriptis enim in hunc modum  
Hesychius: Αξίον δίσημος · τέλε-  
κος. h. e. Non omnis Αξίον est  
τέλεκος, sed illa tantum quae δί-  
σημος sive anceps. Nam erat, quoniam  
Αξίον una tantum parte aciem ha-  
bebat, & quidem ὅρθογόν ad ma-  
nubrium; tum vero ascia aut potius  
dolabra dicebatur: scutis aut bipen-  
nis aut Graece τέλεκος nullo mo-  
do. Erat quoniam illa in adversa par-  
te alteram aciem praeferebat, eam-  
que manubrio ορθογόνος; tum  
vero simul Αξίον. simul etiam τέ-  
λεκος sive scutis & bipennis appellabatur. Verum de his infra ubi-  
rius. Ceterum Hesychii locum non  
debere aliter distingui, ac secimmo-  
ex en etiam postquam haec scri-  
pseram, deprehendi, quod idem  
grammaticus in Πέλεκος posuit.  
Πέλεκος. Αξίον δίσημος. Vides ex  
hoc

*Bipennis* (222) dicebatur: cuius proinde duplex acies scissam in factiones duas civitatem designabat. Accedit & hoc, quod quum bipennis, sive securis (quae a secundo reperit nomen) lignum fideret in duas partes (id quod *Asciae*, & *dolabrae* negatuna erat.) siccirco seditionis, quae ob id ~~xiou~~ Ecclesiae scriptoribus dicebatur, signum erat.

Sequitur in Artemidoro, Αξινν sive *Asciam*, aut potius *Dolabram* duo significare, tum γυναικα, tum γυναικα ἐργατων. Priorem significationem habere dicit δια τὸ ὄνομα propter nomen, quid hoc? an quia Αξιν est feminini generis, quum contra τέλευτα sit masculini? Id quidem ab hoc Onirocritico minime ablutum, in quo merae sunt ineptiae. Sed malo tamen illud δια τὸ ὄνομα referri ad Laidem, quae Aeliano (223) teste, ΑΞΙΝΗΣ nomine celebris erat.

### Postea

hoc loco, qui certe prava interpretatione vitiani non potuit, quam certa sit superioris alteritis loci distinctione, quatenus adhibiti. Idem quoque constat & ex Philoxeni Giosfisi, in quibus *Bipennis* exponitur *Ascytus* Αξιν, qui Glosstarum locus ex modo adscripto Hesychiano manavit.

(224) De Latino *Bipennis* vocatu nihil addam ad ea, quae Voltius in *Erymolo*, ex Quintiliano, Servio, Nonio, Isidoro collegit. Sed Isidori locus, qui plura quam ceteri afferit, non committam, ut breviter desideretur. *Securis* (inquit in XIX. 19.) apud veteres *Penna* vocabatur; utramque autem babens actionem *Bipennis* dicitur; quod ex utraque parte babeat acutam actionem, quip̄ duas pennas: *Pennula* autem antiquis acutum dicebant. Unde & avium *Pennas* in quia acuta. Et ecce nomina, quod reservaverit antiquitatem, quia veteres dicebant *Pennas*, non *Pinnas*. Isidori ultima (qua, sicut e Servio ad Aen. II. 479. rotulam verbis: Ecce nom. quod servaris antiquis; quia &c. qui Servius ad Aen. XI. 651. paria haberet sibi volunt, quas numeri dicunt moenium *pinnas*, eas olim diligenter pennas, ut comitat ex pennarum avium & *bipennis* vocabulis, in quibus maneat secunda vocalis.

Sed & Nonius quaedam habet prae aliis non vulgaria. *BIPENNIS* manifestum est id dici, quod ex utraque parte sit acutum. *Nonis* non nullis gubernaculorum partes sensim res (veterum gubernacula, quem admodum in enaglyptis conspiciuntur, avium pennas, hinc atq. inde in acutum definentes refrebant) ad hanc *similiitudinem* *Pinnas* vocant elegantem . . . . Idem (Varro) *Parmenone*: Ferens ferreum blundero *bipennem securim*. Ex quo loco discis, *Bipennis* nomen esse adjektivum, tantum etiam valens, quod Graecis Αξιν; subaudiri autem separari, quod Varro etiam expressit. Adde illud Virg. Aen. XI. 135. Ferro Jonas ista *bipenni Fraxinus*. Quod immerito visum est singulariter Servio, sic notanti: *Ad spiculam transstilis nomen proprium*: nam *BIPENNIS* per se plenum est (de aevo Servii id concesserim; non Varronis) & *Securis* significat. Quod autem Varroni *securis bipennis* dicitur, id Plauto est *securis anceps* in illo loco Aul. *Securis capiam anticipem* &c. qui locus infra expendetur.

(225) Aelianus XII. Var. hist. 5. Οτι Αδες ο τριπηλος, οις οντος Αγριοπάνθες & Βούδριος, ψη ΑΞΙΝΗ έναλθον. Ηλευχε δι αυτης τη πεντηποτη την την την θεος σημεριτη.

Posteriorem vero significationem inde ducit, quia *άξινη*  
*h.e. ascia*, sive *dolabra* τῷ κρατοῦντι συμφέρει καὶ προσέλκει. Et  
 hieis spissior est caligo. Sed tamen petitur αὐτολογία ab  
 etymologia τῆς *άξινης*; quam derivat a futuro *ἄξω*, non  
 quatenus venit ab *ἀγνωμένῳ frango* (224) quod posteriores gram-  
 matici voluerunt; sed quatenus venit ab *ἄγω duco*, attraho;  
 quia *άσκιαι ministerio* materiarius assulas de ligno ducit atque  
 ad se trahit (idem de *dolabra* dicendum respectu ejus rei, cui  
 admovetur) eoque credidit οὐρανεῖς ἐργάσια per *άξινην* desi-  
 gnari. Hae sunt quidem gerrae germanae; sed quae tamen  
 ostendant, non tantum aliud fuisse πάλευν, aliud *άξινη*;  
 verum etiam non esse prorsus dubitandum, quin *άξινη* respon-  
 deat Latino *Asciae*, aut, quod malo, *Dolabrum* vocabulo, quando  
 non nisi *Asciae*, & *Dolabrum* hoc convenit, quod id, cui infinditur,  
 τῷ κρατοῦντι προσέλκει: sicut etiam πάλευν, quia scinderet, ideo  
 κίνηται in rep. significabat. Atque haec de Artemidori loco,  
 quem illustriorem credo fecimus, quam accepimus.

Jam vero, quod Artemidorus *άξινη* in instrumento ru-  
 stico posuit, habet in eo suffragatorem (praeter Pallad. & Col.)  
 Pollucem, cui I. 245. inter γενεράλια εργάσια sexto loco est *άξιμ.*

At vero idem V. 19 ubi venatorei falcibus instruxisset, si  
 quid ei materiae sit succidendum, eumdem porro, & *άξινη*  
 instruit. Etiā τὸν αὐτὸν *άξινην* παραπονεῖσθαι, εἰ τῇ πρέμνῃ κέπται βοῶ.  
 In eumdem finem etiam dolabrae sunt preparandae, si forte  
 etiam stipites praecidi sit opus. Sane enim hoc loco *άξινη* illae  
 aut

τοῦ. Ait, Laidem, teste Aristophane Byzantio, etiam *Axinen* h.  
 e. *dolabram* appellatam fuisse; eo-  
 que cognomine morum eius ferita-  
 tem fuisse notatam. At Artemi-  
 dorus, credo, aliam in partem  
 hoc Laidis cognomen videtur inter-  
 pretari, πάγδη τὸ *άγεν* a *ducendo*, sive  
 παραβολη scilicet non ut feritas notetur.

(224) Tῆς *άξινης* etymon no-  
 tavit Eustathius ad illud Hom. Il.  
 Ω. 662. Ταῦτη δὲ ὡν *άξινη* τὸ  
 ὄρεος. Ad quem locum pag. 370.  
 sic scripsit. Τὸ δὲ *άγεν* ὡν, καὶ  
 νῦν δὲ τὸ αἷλον δηλοῖ ὅτου καὶ  
*άξινη*, οὐ δηλῶς τὸ φίλον. Illud  
*άγεν* ὡν δειق quoniam aut frangere  
 significat, unde & *άξινη* derivatur,  
 aut simpliciter ferre. Et ei quidem

Homeri logo non est dubium quin  
 ferendi significatio sit convenien-  
 tor. Sed tamen *άξινη* etymon ab  
*ἀγεῖ* sive *ἀγνωμένῳ frango*, cuius fu-  
 turum *ἄξω*, ab omnibus receptum  
 fuit; credo ob eam causam, quod  
 alterum hoc Artemidori etymon ab  
*ἀγεῖ* *duco* sive *traho* obscuritate sua  
 Artemidori lectores praeterierit.  
 Ceteroqui spernendum non videha-  
 tur. Nam duas sunt *asciae* functio-  
 nes; una in ista consistit, quae  
 communis ei est cum ceteris instru-  
 mentis; altera in attractione, quae  
 peculiaris est *asciae* & *dolabrum*, li-  
 gonis, & siqua sunt cetera, quae  
 aciem habent ad manubrium ἀφο-  
 γόνιον, sive *sōforiavz*, uti appellat  
 Lindor. XLIX. 29.

aut dolabrac sunt, cui vehementissimam *έργανων* antiqui tribuerant (vide infra in de Dolabrac usu ad sylvas sternendas) aut quas Palladius I. 43 *secures dolabratas* appellat; quae videntur ex una patte securim, ex altera dolabram, aut asciam retulisse, quibus, prout usus, utebantur. Nec alia videtur notio *άξινος* in LXX. ut etiam in Mat. & Luc. ubi de securi ad radicem mittenda; ibi enim & *άξινος* vocabuloni, & caedendi ministerium securim dolabratam arguit. Ac fort. his Divinis Scriptorib. praec oculis fuit Chaldaicum *Hatsina*; *Dolabra*: quod esse ex Graeco *Αξίνη* factum, infra, ubi de Heb. Ascias nominib; ostendam.

Antequam hinc discedam, non omittam, quid Hesychius, (ex quo totidem verbis Favorinus) in *Sodva* scripsit. *Sodva*. *Αξίνη*. *Παφίος*. Vult, quam ceteri Graecorum *άξινον* vocabant, eam Paphios nuncupasse *Sodvam*. Atque ejus vocis etymon puto esse a *Ξένῳ* polio. Fortasse Paphiorum dialecto Ξ molliebatur in Σ. A *Ξένῳ* autem sicuti fit τὸ *Ξένον* simulacrum (quia ascis, runcinis, scobinis, ut sup. pag. 110. not. 138. ex Tert. docuimus, perpoliebatur) ita etiam *Σοδβα* sive *sodva*, nimirum *ascia*, aut *dolabra* cujus ope materia dolabatur.

Ex hucusque animadversis intelligitur inter *άξινον* & *άλεκτρον* ingens discrimen fuisse, atque errare doctissimos quoque interpretes, qui pro *άξινον* vocabulo in suis scriptoribus Latinum *securis* appendunt. Deinde & hoc potest ex dictis colligi *Αξίνη* (si rem ex vero statuere volumus) proprieta non *Asciam*; sed *Dolabram* fuisse: etsi credo in recentiore Graecia fort. *Επίτραχον* & *Αξίνη* confundebantur, non secus ac apud posteriores Latinos *Ascia* & *Dolabra*. De quo *Dolabrac* vocabulo jam dicere aggredior.

#### 4. D O L A B R A .

*De Dolabrac etymo (quid sit DOLARE) significatio;*  
*forma, misere. Dolabrac ab Ascia discrimen.*

*Plauto antiqua deficio restituta.*

*Dolabra*; quantum & *Dolabrum* (225) neutro genere dici terperies, non est dubium quin a *dolando* nomen quaeaserit: nam Ibid. XIX. 19. etymoni, *quod babeat duo labra*, non se probat. At *Dolo* quid sit, id vero pervestigari operae pretium fuerit: nam  
nemu-

(225). *Dolabrum* nentrius genetivis reperitur in Glossis veteribus haud semet, quas etiam supra recitavimus. Reperiatur in S. Euchario Lugditanensi in *Formula spiritalis*, cap. 3. *Ascia vel dolabrum* (est) *praborum persecutio*; alludit autem ad Ps. 73. 6. In Glossis Isidori: *Dolichen*, *Dolabrum*: corr. *Dolabrum*. Et alibi in Scriptoribus lalentis Latinitatis, haud rare *Dolabrum* reperitur.

neminem unum ex nostri aevi grammaticis reperi, qui nativam verbi hujus notionem recte docuerit. Vulgo putant tantum deum esse quod levigare. Quos falli jamdiu est, quod suspicabar, adductus Horatii versiculis I. sat. 5. apud quem *Cerebrosus proficit unus*, *Ac mulae nautaeque caput lumbosque saligno Fuisse dolat*: Qui si levigare aut perficare voluisset; strigili, opinor, non fuste id fecisset. Verum dum auctoritatem quaero, obtulit se mihi Aelius Donatus ad Eunuchi III. Sc. 3. sic adnotans: *DOLUS*, inquit, *a laedendo dictus est*, id est a *DOLANDO*, id est minuendo. Nam & δολός Graecis laesio dicitur, & *DOLONES* tela quaedam bellica, & *DOLARE FABRI*, lignum est astia caedere. Ergo si Dolare fabri est astia caedere; ἀπλάνει dolare, est caedere. At istud *Caedere* duplicem notionem habet, nam & τύπτει h.e. verberare significat, & amputare, praecidere. Ultra eorum primaria sit, & num utraque, ignoro. Sed utut est; certe & *DOLO* utrumque significat. Glossae: *Dolat*: πελεκά, καὶ τύπτει. At πελεκίω ( 226 ) est praecido. Eadem Glossae *Dolator*. πελεκητής. & *Dolo*; πελεκά. Et quidem *Dolare* pro verberare satis Horatii auctoritate munivimus. At alterius cognatae significationis, qua praecidere notatur, possum infinita exempla producere. Cato de R. R. cap. 45. *Taleas oleaginosus*, *quas in scrobes saturus eris*, *tripedaneas decidito*, *diligenterque trattato*, *ne liber laboret*, *quum dolabis aut secabis*. Ubi vides, dupliciter taleas praecidi potuisse, dolando h.e. amputando, & secando. Idem Cato apud Plinium XVI. 39. *Cavetoque ne* ( materia ) *per rorem trahas*, *aut doles i.e. ferro praecidas*. Lucre-  
tius V. 1265. de metallorum utilitate ad multos usus:

*Ut siōi tela parent, quibū sylovas caedere possint;*  
*Materiamque ( 227 ) dolare, & levia reddere tigna,*

Es

( 226 ) Non ausim affirmare τὸ πελεκίω nihil aliud quam praeci-  
do notare. Sed tamen saltrem sae-  
piissime hoc significat. In loco Homeri Od. E. Ulysses acceptis a Calypsoe bipenni & astia, illa qui-  
dem πελεκητος δ' ὅρα χαλκη, h.e.  
ligna ad ratis fabricandae modu-  
lum bipenni praecidit: ( nisi vero  
ibi τὸ πελεκητον est Delibrare, &  
cralijora πελεκηματα sive astulae  
detrahere ) deinde Astia Εἴσει δ'  
επισχυμένης affabre expolivit. Theophrasto in Hist. pl. est per quam sa-

miliare hoc verbum sed tamen ne-  
videatur tam ipsum, quam ejus  
verbi propago, modo designare id,  
quod dixi, Praecido, modo truncus  
*Exteriora derrado* (de qua posterior  
signif. dedi quaedam Theophrasti  
loci sup. not. 215.) ad haec enim  
τίτλουs utilis erat.

( 227 ) *Materiamque dolare, &*  
*levia reddere tigna*. Thomas Cree-  
chius ( quem uniuersus ex Lucretii in-  
terpretib. ad manus habeo ) in tex-  
tu hanc lectionem expressit: *ma-  
teriam lacuare, dolare, ac radre  
sigta*.

*Et terebrare etiam, ac pertundere, per quo forare.*

Cicin IV. Acad. Non enim est a saxe sculptus, aut e rebole de-  
latus. Fort. & eo pertinet illud quod citatum reperi ex Arno-  
bii lib. V. *Ex arbore lignum dolat, runcinat.* Sed quia Arno-  
bium ad manus non habeo, nihil pronuntio, maxime ob se-  
quens Runcinat. Et videndum an *Ex arbore lignum jundam*  
intelligat, ut sit *et sic dicitur ξύλον*. Sed nihil affirmo.

Eadem est & significatio verbi *Dedolo*; quod non signi-  
ficit *lesigo*, ut habent hodie lexica, sed *amputo*, *praeccido*,  
*detrabo*. Columella IV. 26. *Pedamenta* (vitium) possunt  
nem retrahenda sunt, partesque eorum putres dedolanda. Plinius XVI. 39. *Vulgo satis putant observare, nequa dedolanda*  
(i. e. praeccidenda) *arbes*, sternatur ante editos suos fructus.  
Eodem pertinet illud apud Plaut. Menaech. *Dedolabo assulatum*  
*viscera*. Qui locus, quum <sup>et</sup> *Dolere fabri graphicè describat*  
suo veluti jure a me petit, ut antiquae pulcherrimae lectioni  
restituatur: quod ne longum heic faciam, in subjectam (228).  
adnotationem contuli.

Et

*tigna*. In adnot. deinde, alterius,  
quam supra posui, lectionis me-  
minit. Quam vellent codicem in va-  
riantias ob oculos haberem, ut de  
vera lectione itaruerem. Sed tam-  
en istud *materiam laevare, dolare* ac *radere* dec. est meo iudicio vi-  
tiosum; nam *sive dolare* est idem  
quod *polire*, tum vero *insulsa* erit  
trium synonymorum coacervatio;  
*sive* (*quod est verisimum*) *dolare*  
est *praecidere*; tum vero prius ligna  
levigantur, quam praecideren-  
tur. Ergo donec alias ex MSS. ver-  
am lectionem doceat, prior illa  
est magis Latio, magis sententiæ  
consentanea.

Postquam haec scripsisse, in-  
cidi in *præclaram & copiosam* edi-  
tionem *Mavercampi* V. Cl. in qua  
Gifanius ad hunc locum plane ob-  
tundit. Sed tamen ait, reperiisse  
se quatuor scriptos, in quibus es-  
set, *Materiemque dolare, laevare,*  
*& radere tigna*: se vero converso  
ordine sic restituisse, *Materiem*  
*laevare, dolare, & radere tigna*.  
Pessime factum: nam, ut demon-  
stravi, *DOLARE* (quod heic cer-  
te est *excidere*) prius est quam

### *Laevare.*

Sed fort. illud *Materiamque*  
*dolere*, quod se Lambinus in M.S.  
verere reperiisse testatur, rectum  
est. *Dolere* enim erit ab antiquo  
*DOLO DOLIS*, a quo est *Supinum*  
*DOLITVM* apud Nonium, & il-  
lud Varronis *Caelo dolitus*. Sed  
*Materiamque dolere* si scribatur,  
tum fiet anapætus cum seq. *Laev-*  
*are*: quod nolim admittere. Qua-  
re extra enclitica QVÆ, sic ver-  
sum constituentum puto: *Mate-*  
*riam dolere* (ultimâ longâ caesu-  
rae causa) *laevare*, & *radere* ti-  
gna. Ita *Radere* in omnibus scri-  
ptis reperitur, & est Lucretio di-  
gnissimum: quin contra illud al-  
terius *laevia reddere tigna* sit ex  
ingenio, & parum Lucretianum.  
Quare in hac demone lectione ac-  
quielendum puto, quae tota ex  
vet. codicibus est, & Caro appri-  
me consentanea, qui non ignorat  
hat primi dolari ( *sive deponens*  
*DOLI* ) *tigna*, quam laevari ac  
radi.

(228) Plautus *Menaechmis*  
V. 2. 205.

- - *Securim capiam. ancibissem,*  
*cugue*

Et quidem falsa via ita sis (cujus figura Caldmella exhibet IV. 25.) utilis ad delandos ramos aut minores stipites erat. Propertius IV. 2. 12. *Stipes acerbus eram, properans; falso dolatus.* At si truncus major erat, tunc dolabra aut bipinni erat opus. Pollux supra mihi in Aesop productus, auctor est ejus discri-  
minis. Vide supra in Aesop pag. 170.

Caclum quoque dolere diebatur, quippe cui & tu nescieris  
scire, & excidere convenit, sive quod est Donato Monaro, No-  
minus in Dolitum sic scriptis DOLITUM (quod dolatum usi di-  
gitus) quod est pycnus, vel abrasus, vel effusum. Vero Agor-

*et que bugis serena  
Exofabo, dain dedolabo affulatum  
viscera.*

Haec hodie est scriptura recepta in duabus prioribus alterius versus vocalis, post Camerarij editionem. Sed Aldus & ejus traditio, Exofem reddam. Primaæ editiones, Escofem, nisi &c. At MSS. Camerariani ambo, quo ante & post Gruterum eruditissimus quisque, tamquam ad Phoebi Cortinam consuluntur ibant, exhibent Offe fini. Ad quae Gruterus (sive quisquis est adnotator in edit. Gruteri cum commun. Taubinanni an. 1621.) notat: *Quod oraculum antiquitatis ita exfinitus Pareus, ut ediderit, Offeum dedolabo, & affulatum viscera.* Quis enim (inquit Pareus) non videt, illud FINI derivatum ex TLM? Est autem (Pareo) OSSETIM dedolare idem, quod Truc. II. 7. 60. OFFA-TLM confitetur. Ut ab offa affirmatur, est ab offe obseruit. Quae (ut Grut, ibid.) haram, stabulum, pilstrinum vident. Sed tamen ut Pareanum OSSETIM sit lectionum carcinoma: et nihil tamen critici adhuc ex illo Palatino antiquitatis oraculo extuderunt: credo quod meditantibus nihil succurrerit, Verum nihil necesse sit se se excruciare, si quid ex OSSE FINI commoda lectionis excusculpi possit: quando ipsum aegrotus, & ita uti in membranis est, ne una quidem littera minus, Plauto dignissimum censeo. Offe fini, est tantumdem, quod esse te-  
nus. Finis hec positus est pro limi-  
ta: quod plerisque quidem plo-

rative ponitur, ut Ter. Vicini nō  
pri ambiguae de finibus. Sed Livius  
I. XI. III. in sing. usurparit: Re-  
densse inde Ligurum extrempo fin.  
Itaque OSSE FINI est ablatus  
absolutus, tantum valens, quan-  
tum si dices, Offe terminante  
tum mafum sive dedolandii actum.  
Plane si sit aliquid morandum; po-  
tius pro *bunc senem* scriberem *buic*  
*seni*, sive magis, ut antiqui scri-  
bebant, SENI, quod propius  
abstinet ab hodierna scriptura. Quan-  
quam & duplex accutativus *senem*,  
*viscera*, Graecissimus est, Plautino  
stylo consentaneus. Hic autem lo-  
cus, si quis alius, uti dicebant,  
quid sit Graecis *τάλαντοις*, quid  
DOLARE FABRI (ut Donati ver-  
bis utar) ob oculos ponit; quod  
omnes vident.

Antequam hinc abeo; nolo dis-  
similare, antiquorum editorum  
illam lectionem. Nisi dol. (ce-  
teroruī non malam) reperire me  
in Nonio in verbo Affulatum; ubi  
sic citat: Plaut. Monach. Nisi de-  
dolabo affularim viscera. Ex quo  
perspicitur, aut Nonium in suo sic  
legisse. aut, quod magis credo,  
in Nonio (quem ubique a descri-  
pitoribus dura passum, vetus est  
querela) sic locum ex suis coili-  
bus interpolasse librarios. Ibid.  
Nonius: *Plaut. Capitivis: Prius*  
*quam pulsando affularim foribus*  
*excisum dabo.* Quem locum eo ad-  
scripti, quod non intelligam, cur  
Affulatum posperit Grut; cur alia  
inserto VEL, scripterint vel agu-  
lcam excisum effire.

thon : Numnam caelatus (quia sequitur caelo dolitus ; heic pro Caelatus legerim GEMMATVS, aut aliud quod materiam scyphi notet : ex Plinio nota sunt Gemmata potoria ; qui XXXIII. 1. Turba gemmar. potamus, & Smaragdis teximus enices) in manu dentra scyphus, Caelo dolitus artem ostendit (verum quia Dolitus est a DOLO DOLIS, erit pen. brevi, ut a Molo molitus : vide not. 227. quare ut constet versus, sic invenierim: Caelo dolitus ostentat artem) Mentoris. Cicero DOLATUM Academicor. lib. IV. Non enim est sauro scalptus, aut e robore dolatus. Haec Nonius. Ad hanc significationem referri potest illud Vulgatae Os. VI. 5. Dolavi in prophetis. Nam Hebr. est chatabthi, quod est incidendi verbum de caelo usque ad solitum.

Ex hoc usq[ue] dictis liquet, 1. DOLARE ampliore significatu 1. fusi, & cuivis ad verberandum instrumento conyenienter 2. solci, aut dolabrae, aut bipenni, quem ramus, aut tipes, aut sylvae dolantur h.e. praeedituntur ; 3. cnelo quum quid eo instrumento dolatur h.e. insculpitur, & effigiatur ; 4. astiae, quum materia, an marmor, & similia, Donato teste, dolantur h.e. alsoeduntur, & complanantur, Graece ἀρότονται. Ad hanc ultimam notionem pertinet illud Vitruvii Quemadmodum matris dolatur &c. & Juvenalis illud XII. 57.

I nunc, & ventis animam committe, dolato

Confusus ligno, digitis a morte remotus

Quattuor : ac septem, si sit latissima taeda.

Et illa Cai l.235. §.1. de verb. sign. Pubros tignarios dicimus non nos dum gerat, qui tigna dolarent &c. Eodem pertinet illud Plinii XVI. 6. Dolato (latifolia arbor) vitiis obnoxia est : quamobrem solidis utuntur. Dolatum heic opponitur solido sive rotundo, ut apud Theophr. τὸ τελετόν contrarium est τῷ σφραγίδι : vide sup. not. 215. Quare in Cajo, & Plinio dolare ex bipennis ope tigna ex rotundis quadrata facere, quod omnes vulgo affacciare. Ac postremo quia materiarum dolare, sive Astia caedendo ligna polibant, hinc Dolare orationes afferri video ex Cic. in de orat. Similis est illa metaphorae tibellum apud Varronem in Nonio ; cuius verba non possem non adscribere, quod simul quid sit in re τελετά. DOLARE diserte doceant. EDOLARE, inquit, fabrorum est utrum verbum, quum materiarum complanantur asperitas. Usi sunt eo laudandi scriptores vetustatis, etiam ad alias fabricas rerum.

verum. Varro Binario: Quis Quinctius Glodianus est consue-  
dias sine ulla fecerit Musa; ego unum libellum non edolem; ut  
ait Ennius? Cic. ad Att. Quod in manibus habebam, abjecti;  
quod jusseras, edolavi. Atque haec de dolandi verbo.

Accedo nunc ad Dolabrae significationem, deinde & mu-  
tus. Dolabram putant viri doctissimi ab ascia non distin-  
guere. Quotus enim quisque est, qui in lexicis aut cuiuscummodi libris  
calibus, non Asciam interpretetur Dolabram, & contra? Ve-  
gum ( de sequiore aevi scriptoribus nunc taceo, quos tantum  
invenio cum ascia dolabram confusisse, uti dicetur) sed tamen  
aevio meliore, ut cognata instrumenta fuerint, at discrimen erat  
inter ea non tantum in etymo ( quia Ascia est a Ζε, vel Ηδη,  
Dolabra a Dolo ) & quod discretis respondent Graecis nomi-  
nibus, hoc τριάγλυφον, illud τριστετράγλυφον; verum etiam, & re, &  
officio. Ad rem ipsam, quod attinet; inspice quoq[ue] haec,  
quae in Aegypti dolabriis inscriptio-  
ne dolabra sculpitur, ut & Aringhi  
duas in Romae subter. IV. 14. pag. 101.  
& IV. 37, pag. 233. statim pronuntiantur  
bis, nihil illis esse commune cum  
asciis, quas toto hoc libello exhibui-  
mus. Diversa est ferri figura; tum diversus est manubrii mo-  
dus, quod in dolabra paelongius erat, id quod & ex schemati-  
bus, & ex Eustathio ( 229 ) sup. confirmavimus. Eustathio  
addi possunt pyra dolabelliana Columellae V. 10. memorata, &  
Plinio XV. 15.; quae non tam ab aliquo ex Dolabellis in gente  
Cornelia ( ut vulgo praedicant ) nomen sibi quaesivisse credi-  
derim, quam a rusticorum dolabellis, cuius meminit Columella ( 230 ). Id instrumentum, quod longiore manubrio, instru-  
getur, hinc fort. pyris illis longissimi pediculi nomen indidit  
sic enim Plinius XV. 15. Pyra dolabelliana longissimi pediculi.  
At cur non potius Dolabriana, inquis? nam & dolabrae pro-  
lixius erat. Quia, inquam, et si aequale utriusque esset; at dolab-  
bellae, praeceps ferri modulus erat, longius esse videbatur, quam  
dolabrae. Ita & pyra illa corporis exigui, opinor, at longissi-  
mi erant pediculi. Atque haec conjecturae loco haberi volo.  
Sed

( 229 ) Eustathius ad Il. N.  
Locum vide in Aegypt. pag. 266.

( 230 ) Columella IV. 24. Sem-  
per circa crux ( crux vitis intelligit)  
dolabella dimovenda est terra. Ibi-

dem. Dolabella conservat exparea-  
re, quidquid ( in truncu vitis ) &  
mortuum est, deinde salte eradi vi-  
vo tenus. Cui responderet Graecorum  
Agoraeus.

Sed antequam a Dolabrae figura discedo; monere heic  
operae fuerit, modo appositum Dolabrae schema, quod ex Mu-  
ratorio ( vide sup, pag. 122.) delineavimus, diversum planis  
est ab eo quod ex cod. monumento exhibetur tq. 38, Diarior.  
Italicor. par. 1, pag. 134. Taceo quod in eo monumento Dolab-  
brarius ipse non *Pilastillus*, sed *Astylos* rectissime appelletur, &  
quod inscriptio, ut in iis Diariis assertur (231) sit correctior &  
auctior, quam in Muratorio: verum Dolabrae icon est ibi non  
parvus diversus: quam  
heic . delineandam  
curavi . Sane (si nec  
antiquus sculptor,  
qui monumentum  
castavisset Diarior.  
*χαλκηδόν* in effi-  
giando hoc instru-  
mento aberravit ) vides hanc dolabram ex una parte malleum  
capitatum & praegrandem gestisse, ex altera rostrum quad-  
dam: quod cur exteriū recurvetur, aut quo id curvitatis van-  
leat, non assequor. Nisi vero volumus in apposito schemate,  
qua nunc malleus videtur, aciem fuisse *fessoriam* ( ut Isidorus  
appellat eam, quae est ad manubrium *εργοθάνατος* ) in aversa  
vero parte acutam, & capulo *ταρσίδιον*; nana & hodie eultri  
in cumi modum repandi retrosum sunt. Quid si res contra  
habuit?



(231) Inscriptio illa ex Mu-  
ratorio V. C. sup. pag. 122. talis  
posita fuit. 1. T. CLAVDIUS.  
2. T. CLAVDI. 3. EPAPHRO-  
DITIAN. 4. VET. LEG. VH.  
CL. P. F. 5. PILASTILVS. 6.  
DOLABRAR. COI. FAB. 7. VI-  
VOS. PECIP. SIRI. ET. 8. IV-  
LIAF. DIONISIADI. 9. BENF.  
MERENTI. Ibi notaveram ( vide  
omnino not. 154.) *Pilastillus*  
vocem esse hibridam; Et ante iudic-  
egnomen deesse F. qua significetur  
*Filius*; unde consequens erat, il-  
lud praecedens F. ( quod cetero-  
qui ad legionem pertinuerat ) pos-  
se exponi *Filius*. Verum difficultatem  
omnium solvit inscriptionis  
exemplum, quale in illis Diariis  
assertur. Ibi versu quinto FIL.


*ASTYLV* restissime legitur: deinde  
versu 8. IVLIAE DIONYSIA-  
DI ( non DIONISIADI ) 9. CON-  
IVGI, 10. BENE. DE. SE. MER.  
Ita ut sit etiam uno versu ( eoque  
necessario: nam scire intererat,  
conjugi, an mater esset ) auctior.  
Taceo quod *Astylo* longe alind in-  
dumenti genus in Muratorio, ac  
in Diariis, inducitur; nam Mura-  
torianus amictus Gallicas *άναξηρ*  
*δες* quedammodo referit: at in  
Diariis nihil est magnopere singu-  
lare. Sane pictoris ita culpa fuit  
ut & superiora illa descriptorum  
peccata fuerint ) qui multum suae  
arti per omnia licere voluit: con-  
tra in Diariis est in pictura elegan-  
tiae parum: quo magis omnia ad  
fidei lapidis expressa censem.

M ..

habuit? Nam in ceteris, quas mox producimūs, in rostro acies fossoria, in aversa parte (quam malleum judices) acies acuta latet. At hoc si admittimus; quo acies fossoria recurvatur exteriorius? Plane haereo. Verum aut scalptor lapidis hoc instrumentū corrupit: aut si tales prorsus dolabras *Astylos* fabricabat; dicendum erit, dolabrae militaris ad conterendum tantum idoneae gensis hoc fuisse: quum certe *Astylos* ille *dolabrum* *COLlegii FABrum* fuerit.


Nam ceteroqui Dolabram alterā & rusticam, & lapidariam, & ad quidvis aptissimam heic exhibeo ex Aringhi lib. IV. *Romae Subt. cap.*

14. pag. 101. Vir ibi exhibetur, qui dolabra utraq; manu librata tofum caedit.



Ego instrumentum tantummodo exhibui; quod dolabram esse minime dubito. Pars illa quae videtur curva, & qua tofus ab Aringhiano fossore caeditur, acies est dolabrae fossoria: at in aversa parte non malleum, sed aciem puto acutam fuisse, plane ut in securi, ita ut acies esset capulo ~~magistrorum~~. Atque hanc genuinam dolabrae formam fuisse censeo: quae apud ipsum Aringhum multo longiore, quam heic (culpā incisoris) manubrio instruitur. Est apud eundem Aringhum pag. 233. in manu cuiusdam *Fossoris* (qui & *Fossaria* dicebantur, fort. iidem qui copiatae in Cód. Th. qui insumum in Clero ordinem constituisse aliquando creduntur) dolabra altera non ita longo manubrio. Sed male ibi sive ~~χελώνης~~ sive Auctor in ea instrumenti parte, qua vir ille sive fodit, sive arborem proximam caedit, mallei caput adpinxit; qua credo partē in ipso monumento aciem acutam fuisse quā in aversa certe acies sit fossoria.

Inter dolabras. &c  
haec referri debet,  
quam supra pag. 114.  
ex Muratorio. (& ea  
quoque in ipso Mu-  
rat. pag. 140. est multo  
longiore manubrio; qui unus est ex certissimis dolabrae cha-  
racteribus) exhibui. In hujus quoque rostro, deorsum spe-  
cante,



stante, acies est fossoria; at in aversa parte acuta est in modum securis. Eamdem plane formam habet & quae ibid. M. AVR. THEODoti inscriptioni subiicitur: de qua non dubito quin & dolabra fuerit: nam si qua est in manubrii brevitate culpa, ea in marmoris angustiam est conjicienda; sive potius in scalptoris incitiam, qui debuisset de ferramento & manubrii crassitudine detrahere, ut pro portione tanto major longitudine videatur. Huic similis in Grutero est pag. 428. 10. ut & alibi apud eundem non dissimiles vidisse memini. Postremo & in inscriptione Gruteriana (quam supra pagin. 112. not. 139. dedi) pag. 532. 4. Dolabra, uti reor, scalpitur, longiore capulo; cuius acies fossoria, ut in ceteris, deorsum vergit, acuta (quae tamen non integra in eo marmore supetest) sursum. Et quidem anaglypta visentibus non dubito, quin talia plura instrumenta (hucusque incerta quid essent) detegere liceat; quae non aliud quam dolabras esse, ex descriptis indiciis statui poterit.

Sed dicat mihi aliquis: unde habes producta instrumenta, non aliud fuisse, quam dolabras? primum quod similes sunt illi, quam humero gerit *Astylos* dolabrarius; deinde ex manubrii longitudine; ex eo quod quae apposui dixerat sunt *dolopæ* omnia; nam & *Astylos* ex *Glossis* & *Hesychio* *dolopæ* erat, & *Dolabra* Isidoro XIX. 19. inde dicta, quod habeat duo labra. Et quidem, ut Isidori etymon falsum sit, at in re falli non potuit; qui & hoc de dolabra addiderat; ex una enim parte acuta est, ex altera fossoria: prorsus uti sunt descripta instrumenta. At luxato deinde Isidori loco, haec verba inde ejecta importune in de securi locum occuparunt, quem numquam tueri possint, quod infra planissimum faciam. Hi sunt ergo dolabrae in anaglyptis *diawgmatikos* characteres, manubrii prolixitas (quæm contra *Astia* ex Isidoro ibid. esset *manubrio brevi*) ferramenti gravitas, duo Isidori labra, & quod idem addit, quod ex una parte acies acuta est, ut in securi, ex altera fossoria, ut in fossoriis instrumentis. Atque haec de *Dolabre* forma, quatenus ab *Astia* distinguebatur. Venio ad manus.

At diversum quoque dolabrae ab astia munus erat. De astiae munieribus ad hujus capitinis finem dicetur. At dola-

brae manus non altunde melius ; quam ex diversis scriptorum locis , quae reperire potui , licebit deprehendere . Ut ebantur dolabra venatores ad succidendas stirpes sylvasque , quod ex Polluce in *Aet/yr* confirmavimus : utebantur & rustici , uti discimus ex eodem Polluce ( vide ibidem , ubi in instrumento rustico ea petissimum a Polluce ponitur ) & ex Palladio I. 43. & ex insigni Artemidori loco , quem modo protulimus in *Aet/m* ; ac postremo ex Columella , qui lib. II. extremo cap. 2. haec posuit : Nec minus *DOLABRA* , quam pomere , bubulus utatur , & praefractas stirpes summasque radices , quibus agri arbusto consitus implicatur , evanescere reficiat ac persequatur . Idem lib. 3. Quae falce amputari non possunt , acuta dolabra abradit . Cui simile eit istud Pollucis supra in *Aet/m* productum , de *spissis* amputandis *Aet/yr* , quia falce non possent . Adhaec idem Columella IV. 24. Si . . . causta vitis est , dolabella compresit expurgare quidquid emortuum est ; deinde falce eradi vivus genus : Qui & alibi Dolabellam ad alias usus suo agricultae in manus tradit . Mox infra Tacitum III. 27. narrantem audimus , jussu Antonii , e proximis agris dolabras convectatas ad expognitionis opus .

At praecipius Dolabras usus militaris erat , uti constat ex inscriptione *Astyli Dolabrarum Collegii fabrum* , quam modo attulimus . Nam *dolabram* inter instrumenta materiarum nec Plinius VII. 56. posuit ; nec Polux VII. 113. & X. 146. inter *materiam* retulit *dolabrum* . Ifidem quidem XIX. 19. inter lignaria *dysyngua dolabrum* meminit , sed ita , ut hanc cum bipenni , non cum *Ascia* confuderit . Haec ( bipennis , de qua proxime dixerat ) & *dolabrum* ( dicitur ) quid habeat duo *libra* . Adde quod sequiore aeyo *Dolabra* inter *materiam* *separata* *lignaria* *instrumenta* numerabatur , ob hanc causam , quia ejus aetatis scriptores *Asciam* a *dolabra* vix distinguebant ; unde & in veteribus Glossis video , tum *Aet/m* exponi *Dolabra* , *Dolabrum* , *Ascia* . Eas autem Glossas labentes Latinitate esse prescriptas , potsem pluribus ostendere , si id agerem . At aeyo meliore inter *Asciam* & *dolabram* ingens discrimen erat .

Sed jani quo melius possit *Dolabrac* usus & officium cognosci , afferam ea loca ; quorum copiam matratus hoc congerere pro tempore licuit . In expugnandis castris & urbibus *Dolabra* praesidio erat ad omnia . Nam & *muers* ea , & *vallum* praelubatur , & portae constringebantur , valebatque ad omnes usus .

ufus. Tacitus in HI. Hist. 16. *Mox (Antonius) conterfus ad sanguulos*, *num secures dolabrasque, & cetera expugnandis urbibus secum attulissent, rogitabat: & quin abnuerent; gladiisne, inquisit, & pilis perfringere ab fabruere muros ullae manus possunt;* &c. mox cap. 27. *Tertiadecimanos ad Brixianam portam impetus tulit. Paullum inde murae, dum e proximis agris ligones, dolabras, & alijs falces scabasque convectant; tum elatis super capita scutis denso testudine succedunt.* Vides heic dolabrae militari rusticam succedaneam fuisse; quando e proximis agris dolabras ad expugnationis opus una cum ligonibus &c. convectabantur. De muro & vallo proruendis, portisque perfringendis, Livius & Curtius testes prodeant. Prior libe XXX. *Quum muros defensoribus nudasset, tum Hannibal occasionem ratus, quingenatos ferme Afros cum dolabris ad subtruendum ab ino murum mittit.* Nec erat difficile opus, quod caementa non calce durata erant, sed interlita luto, structuras antiquae generis. Itaque antequam caederetur, ruebat; perque potentia ruinit, agmina armatorum in urbem undobans. Curtius IX. 17. *Dolabris perfringere muram, & qua moliti erant aditum, irruperet in urbem.* Ibi quoq. murus terreus erat. Liv. rursum IX. 37. *Dolabrac caelonibas disiduntur ad vallum proruendum, sofiasque implendas.* . . prorutus vallo erupit aries; frates passim invadit hostes &c. Idem XXVIII. 3<sup>o</sup>. *Et aliis partibus securibus dolabrisque caedebantur, & refringebantur portae.* Adhaec dolabris sylvoa sternebantur, vasa, glacies, quidvis denique confringebatur, & comminiebatur. Curtius VIII. 15<sup>o</sup>. *Dolabris ostium syrias sternere aggressi* (vide sapra Pollucem, falcibus, & dglis venatores eadem de causa instrumentum) *passim acerios,* struesque accenderunt: Idem V. 21. *Primusque rex dolabra glaciem perfringens iter sibi fecit.* Et cap. 20. *Dolabris preciosae artis vasa caedebantur.* Florus IV. 10. *Quum argentum ejus (M. Antonii) passim dolabris concideretur.* Hincq uia ad obstantia quaque perrumpenda valeret; l.3. §. sciendum, D. de offic. praef. Vigil. is Praefettus vigilum cum hamis (Hama instrumentum erat ad arcenda aut resinguenda incendia) & dolabris occurrard debet. Hinc etiam Dolabro inter instrumenta lanionis numeratur 1.18. D. de instrucl. vel instrum.

Nec tantum ad expugnationes, & ad conterendum utilis erat, verum etiam ad muniendum vallum, & opera tuiusvis generis. Caesar de B. G. VII. 73. *Itaque trunca adoruntur, aut*

admodum firmis ramis abscissis, atque horum dolabratis atque praecutis caccumibus, perpetuae fossae quinos pedes altas ducuntur. Apud Juvenalem VIII. 247. Marius, adhuc gregarius miles, a centurione vespulabat, si tenuis ad opus esset.

*Nodosam posibet frangebat vertice vitem,*

*Si tenuis pigra muovere castra dolabra.*

Ibi Grægaeus in adnot. dictum Demitii Corbulonis laudat, *Dolabra vincendam hostem i.e. operibus.* At id dictum in Tacito (quem scio res Corbulonis scripsisse) aliove scriptore adhuc quaero. Et in muniendis quidam castris, operibusque aliis ad nihil non valebat, sive ad materiam & palos caedendos, ac dolabrandos, sive ad duendam fossam, praesertim in uoxīq[ue] solo aut tofaceo; in quod ligonibus obniti parum poterant, dolabris unice poterant. Hinc Seneca inter admirandas res ponit, *Cum dolabra ire pescatum.* Re enim vera putavit in telluris recessibus & stagna esse, & pisces ibi vivere. Inde (ait in HI. quæst. Nat. 17.) ut Theophrastus affirmit, pisces quibusdam locis eruuntur. Multa hoc loco tibi in mentem venient, quae urbane in re incredibili fibulam dicas. Non cum ritibus aliquem, aut eum hamis, sed cum dolabra ire pescatum. Exposito, ut aliquis in mari venteretur: & quæ plura deinde aferet, quo minus id incredibile videatur.

Atque haec de *Aegip.* & *Dolabra:* quæ unius sunt instrumenti nominata, sub *Alesia* diversissimi. Namquam aero posteriore, uti toties monui, non tantum *Dolabra* & *Aegis*, *Aegip* & *Extriges* inter se, sed etiam cum securi, bipenni, tritæ &c. interdum confundebantur (ob eas credo causam, quod haec omnia instrumenta & quæ essent, hinc acutâ, illinc folioria acie). id quod & ex Hesychio, & Glossis observavimus, & ex Isidori Lignariis instrumentis luculentius sit: quæ mox lustrabitur, ubi prius de *Dolatoria*, *Acieris*, *Scena*, *Spira* pauca tetigimus.

#### 5. DOLATORIA. ACIERIS. SCENA. SEMINTH.

*Isidori Lignaria instrumenta.*

Ab eodem *Dolia*, unde est *Dolabra*, sit quoque Hieronymi *Dolatoria* (non *Dolatorium*) quæ apud sequioris aevi scriptores (232) in usu fuit. Ergo Hieronymus pro eo quod in *Vulgaris* *Pf.*

(232) Illud *Dolatorium* in Hieronymo credo esse potius a recto *Dolatoria*, quam a *Dolatorium*.

Prius illud reperitur in *Glossario* Cangii in *Capitul. 2. dn. 843. c. 10.* *Abolas*, *dolatoria*, *secures* &c. Hinc-

ta Ps. 73 legitur *In securi*, & *ascia* dejecterunt eam, in sua interpretatione sic posuit: *Et nunc sculpturas ejus pariter bipenni, & dolatoris deraserunt.* Illud Bipenni credo etiam in plerisque Latinis ante & post Hieronymum Psalteris legititatum: nam & S. Eucherius in form. spir. c. 8. & alii patres, quos viderim, Bipenni citant. Et ceteroqui LXXvirali ~~ταλάρη~~ non *securis*, sed *bipennis* respondet. Ex quibus videlicet apud Hieronymum Dolatorum *Asciae* nomen fuisse, sed *lapidariae*, quippe qua sculptrae deraderentur: at apud ultimae aetatis scriptores (quos in not. 132. conjecti) quid fuerit, ignoro. Nisi quod illud in vita S. Remigii. *Quem percuteres petram dolatoria;* *asciae* quoque *lapidariae*-notionem objicit animo. At *Acieris* & *Scena* vocabula prisca fuere, eaque Dolabrae potius, quam *Asciae*.

De *Acieri* Festus: *ACIERIS*, *securis aerea*, qua in sacrificiis utebantur *Sacerdotes*. Consentiunt Philoxeni Glossae; in quibus *Acieris* est *Aēlū* *īsopōdū*. Ac de *Acieri* supra pagina 110. not. 135. dixi, eam videri dictam ab *Ascia*, quasi *Ascia* *aeris*. Ceterum rectius ab *acie* deducitur: unde est; quod & in Glossis legitur, *Acciarum* *σόματα*. Corrigit Salmas. ad Solin. *Acciarium* *σόματα*. Vox Graeca bene a Salmas. restituitur. Sed *Acciarium* est *σόματα* & *At fort. Acciarym*, aut *Acciarium* in Glos. vox est sequioris aevi (quales multae in his Glossis) cui respondet Italicum *Acciajo*. Quando autem *Acieris* in Glos. exponitur *Aēlū*; facilius *dolabrae* (quae erat, ut vidimus in instrumento Ianionis, l. 18. de instru. vel instrum.) quam *Asciae* respondeat. Ac certe *Acieris*, non aliud fuit, quam *SCENA*, quae *dolabra* pontificalis erat; de qua jam dicendum.

*SCENA* quid sit, pro me Festus edifferet. Sic ille: *Scena ab aliis, a quibusdam Sacra* (vide an non in *SCENA* sit hoc *scena* commutandum: nam quia theatri *σκηνή* cum diphth. AE Latini scribebant; hinc eam diphthongum quidam et iam quum instrumentum significat, adscriperunt) *appellatur dolabra pontificalis*. Idem quoq. Festus: *Scenam genus fuisse cūltri, manifestum*

Hincmaro in vita S. Remigii: *Cum percuteres eamdem petram dolatoria,* quam in manu portabas. In statu-  
tis antiquis Corbejensibus: *Frasso-*  
*rii* 6. (fort. *Jefforii*: nam *frasso-*  
*rium* medio aero ligonem signifi-

*cat*) *besos* 2. & de hoc ligonis genus  
est *secures* 2. *dolatorium* 1. *aratra*  
2. &c. At *Dolatorium* *Ugutioni* &  
Joanni de Janua est *Locus* in quo  
*dolatris*.

sum est: sed utrum securis an dolabra sit, ambigetur. Quam Cincius in libro qui est ei (Dacerius conjicit, Festum scriptissime II. h.e. secundus, ex quo librarii fecerint EI) de verbis priscis, Dolabram ait esse pontificiam. Livius in Lydio: Corruit, quae illus scena, haud multo secus. Vides sicut Aeternis in Glottis exponitur alia lycopara dolabra pontificis; sic Scenam Cincio dolabram pontificiam fuisse. Non est ergo dubitandum, quin Scena & Aeternis, idem plane fuerint. At male interim Scaliger (233) Scenam pro securi, aut bipenni habuit.

Habes Dolabrae pontificiae præsca vocabula. Sed interim nescio quo pacto Graecum Dolabrae nomen, alterum ab ΑΞΙΝΗ, de quo supra copiose diximus, imprudens praeterieram. Hoc autem ΣΜΙΝΘ est: quod dolabram quidem significat, sed plerumque rusticam & fossoriam; itaut non dubitet Suidas interpretari Σκαφην, η δισταυ, η αξινη ligonem aut bidentem aut dolabram. At Hesychius ligonis diminutivum οὐε voluit; de dolabrae notione tacet. Nec omisit hoe vocabulum Pollux in instrumento rusticō tum I. 245. tum VII, 148. (upi & ιππορεισιδε ejus Σμυνθος ex Aristophane affert) tum X, 129. & 166. Adhaec & Plato in II. de legib. negat agricultorem sibi ieiunatum, (εδιγμων) aut dolabram fabricare. Apud Atticinetum epist. 3. aquilex ομυνη fossam ducit. Reperitur & Σμυνθ apud Nicandrum in Theriaeis, quod Scholiastes expavit η τη δισταυ, η τη Αξινη aut bidentem aut dolabram. Sane ex hoc Σμυνθ primitivo videtur deinde flexum derivativum Σμυνη, quod est usitatius. Ergo fuerit quidem Σμυνη dolabrae nomen, sed, opinor, plerumque rusticæ; de qua in de Dolabrae munere ex Columella & Palladio nonnulla diximus. Nam & alicubi Eustathius, nisi fallit memoria, Σμυνθ Synonymum Αξινη, h.e. dolabellæ, & οιαρης ligonis facit.

Et omnia quidem Scriptorum loca hucusque producuntur ligonem, aut fossoriam dolabram esse ostendunt: quoibus

(233) Scaliger in Lycophronis interpretatione, versum hunc  
2105 Τετες οχταρηγη κογκον αλ-  
στρη πισσον, hoc. altero Senario  
secedidit, Scena bipenni diffusa me-  
dium caput. Scaligero imposuit  
Tzetzes Lycophronis interpres, qui  
ibi Λειταρης exponit τετεκον.  
At fallitur is Scholiastes. Deinde  
Scena non securis est (quae poterat

bipennis esse, si utrinque esset acu-  
ta) sed dolabra; quae, nisi vehe-  
menter fallor, ex una parte erat  
fossoria, altera vero acuta: quare  
non poterat bipennis dici. Sed de  
hoc οχταροντων poetae versiculo  
alibi: quem portant ut pote caligi-  
nosum, id dedit operam Scaliger,  
ut verbis priscis obliuoribus expro-  
meret.

bus addi posse illas Atticophanis Avila. 603; ubi se *σπανίων* dolabram enupturum quidam ait, ut serias servantes thesauros effodiat: & quod in Pace v. 545. memoratur & rās σπανίων, qui dolabris fabricat. Unus taenae alterque mihi respectus est ejusdem Coenici locus in Nabibus, ubi certe Σιδώ instrumentum est eis τὸ αετοπέτρον h.e. ad demolienda aedificia. Sic enim ver. 1483. ἡ Σιδία, Κλεψα λεγειν, εἴπεις, τῷ σπανίῳ οἶκον, Κάτεται οὐρανός. Et τὸ φορρίγενον: . . . Τὸ γίγης πατέρας: &c.

O Xantibia, dolabram cum scutis foras

Effer, scutam conscende, sectum perfode: Ibi Schollages  
Σπανί δέ, επαφεῖν, οὐδεκα, ἀγίμη. Mox, conquerente discipu-  
lo, se a ruinis opprimi, sic excipit Strephiates ver. 1502.

Hoc ipsum volo;

Dum in base (σπανί) dolabra spes conceptas perdidit.  
Quod interpretatur Suidas (in Σιδώ) ἀττὶ τῷ Εἰ μὲν αλαθῆ. Μη  
si frangatur dolabra.

Postremo deberem & de Τέρη (quod certissimum est Ad-  
vistuli sive Aſtige lapidariae nomen) plura dicere. Sed male  
hujus vocabuli explanationes mox in locum commodi rem  
reſiceret, ubi de Aſciae munere lapidario atque arbutorio plu-  
ra diſſeruerat.

Verum aſequam a nominis explanatioſe abeam: e te fore  
existimo, si quae Hiodofus in XI. 19. materiali affinia instru-  
menta ſimil posuit (quamvis ea magistrati partem, prout uſus  
poſcebat; exhibuit) Reic ſimil coniuncta prodeant. Ergo  
is post ferrae, & circipi deſcriptionem, ſic pergit. SECURIS  
uocatur, ita quod ea arbores ſuccidantur: quaſi ſuccarriſ. Hoc  
non probat Vossius: Sequitur. Itera SECURIS, quaſi SEMICU-  
RIS. E Servio id ſuntum: qui ad illud in Aen. 296. Remo cum  
fratre Quirinus ſic notat: HASTA enim, id est CURIS, tglum  
eft cum longiore ferro; unde & SECURIS; quaſi SEMICURIS.  
Atque hoc etymon & Perottus probat, & Angelus Decembrius  
zped Voffium, & Voffius ipſe: nam in etymologia altera, quam  
proposuit, ut sit a ſecundo (quam unice probat Martinus in  
Lex. Philolog.) hoc Voffius reperit incommodi, quod termina-  
to. CURIS fit praeter analogiam. Sic ergo a Sabino vocabulo  
Curis, quaſi haſtam ſignificat. Pergit Hispalensis: Ex una enim  
parte acuto eſt, ex altera fofforia. Quomodo haec uetiologya  
coherens praecedentibus? Nam si utraque parte ſeam habet,  
etſi

est diversae formae, aciem i quomodo est *Semicuris*? An Ety-  
mologus *acutae* tantum partis rationem habet? quasi dice-  
ret ex una enim (tantum) parte *acuta* est (nam) ex altera (non  
acuta sed) *fossoria*. Ceteram Isidoro pars *acuta* est actes manubrio  
~~manubrio~~ & *fossoria* vero est acies ad manubrium operarios, quales  
in fossoriis instrumentis. Sed non temere vereor, ut haec *Securis*  
descriptio, ut una parte *acuta* fuerit, altera *fossoria*, cum antiqua  
*securi* cohaereat, sive πυγελέας Homericus, de quo supra  
pag. 163. disputavimus. Suspicio *descriptam* ab eo *securim*,  
non aliud, quam aevi sui *securim* fuisse. Certe posteriore aeo  
permagna in his vocabulis confusio fuit; & finius haec instru-  
menta nunc hoc, nunc illo modo pro diversis temporibus  
cicisque figurabantur. Sequitur: *Haec & apud veteres penna*  
*vocabatur*. Cui hoc fando auditum; *securim* appellatam *Dos-  
nam*? Nam hoc vocabulo scimus non totam *securim*, sed  
*securis acumen* fuisse significatum. Sed profecto laterem lava-  
mus, nisi adacta ad radicem *securi*, duo vocabula illa: *Ex*  
*altera fossoria* (certe meo iudicio luxata) hinc praeciderimus,  
ut suo deinde loco eadem reponamus. Inge ergo sic: *Securis*,  
quasi *semicuris*; *ex una enim parte acuta est* (excluse hinc illud  
*Ex altera fossoria*). *Haec* (pars *acuta*) & *apud veteres pen-  
na* *vocabatur*: utramque autem habens aciem, *bipennis* ejicitur;  
& cetera de *bipenni*, quae sup. pag. 169. not. 122. expendimus.

Pergit adhuc: *Haec* (*bipennis*) & *dolabra*, quod habeat du-  
labra: nam *securis simplex* est. Sane nemo Isidoro hoc assentie-  
tur, *bipennem* & *dolabram* (Græce τίλαρον & ἀξίων) duo fuis-  
se rei unius vocabula: nisi de aeo Isidoriano hos intelliga-  
mus, quandoquidem & in Hesychio (fort. aequali scriptore)  
τίλαρος est Αξίων δίσκου & h.e. *dolabra*, & tantumdem in Glos.  
reperitur: ut omittam *Dolabrae* etymon, quod certe est a *Do-  
lo*, non a duobus labris. Ceterum in Αξίων & in *Dolabra* mul-  
ta disputavimus in eam sententiam, ut videatur *dolabra* una  
parte *acuta* fuisse, altera *fossoria*: id quod Isidorus (utique  
luxatus) sup. de *securi* falso praedicat. Sed quando inde illud  
*Ex altera fossoria* merito ejecimus; consequens est, ut quae  
inde expulimus, heic suo loto restituamus; sic enim mea sen-  
tentia scriperat Hispalensis. *Haec & dolabra*, quod habeat  
*dolabra*: *ex una enim parte acuta est*, *ex altera fossoria*. At  
librarii haec ultima *securi* adscripserunt; ex eo decepti, quia  
quaestu ibi illud reperissent, *Ex una enim parte acuta est*, pa-  
tarunt,

tarunt, eo etiam pertinere hoc alterum; *Ex altera fessoria.* At demum eo ventum est, ut totum hoc membrum ex Dolabra, unde abesse non debebat, deturbatum, securis peculiariter fieret, non sine summa perturbatione sententiae.

Sequitur: *Nam securis simplex est.* Haec *aristoteles* emendationem nostram magis confirmat. Nam quum Dolabra ex una parte acuta ( sic ) ex altera fessoria; contra securis simplex est; Deinde si *Securis simplex est*; hoc aperte declarat, falso de securi dici, una parte esse acutam, altera fessoriam.

Deinde addit: *Dextralis dexterat habilis.* De *Dextrali* diximus supra pag. 168. ubi de *quintiliis*. Sed tamen vereor, ut haec *jungi* debeant cum praecedentibus hoc modo & *Nam securis simplex est DEXTRALIS* ( quia ) dexterae habilitate. Jo: de Janua: *Dextralit* dicitur *Securis dexteræ habilitatis*: qui certe ab Isidoro haec descripsit.

Postremo de *Astia* sic posuit: *Astia ab astulis ( Vossius in Etym. corrigit *Astulas*: male: nam *Hastulas*, aut *Astulas* (234) Isido-*

(234) Isidorus ipse hujus scriptoris *ex* ST rationem dat in XVII. orig. 6. *Hastula* ( inquit ) a rotendo runcipata, quasi *abstula*. *Fomes* est *bastula*, quae ab *arboribus* excusit & recisione &c. Quae ultima nunc etiam in Servio ad 1. Aen. 180. *Romitus* ( ait ) sunt *astiles*, quae ab *arboribus* causunt, quando inciduntur, quod siveant rigorem. Quod cum aspiratione heic *Hastula* scriptis Isidorus; haud secus & alibi reperies. Ut, in vita S. Erkenwaldi apud Cangium in *Afria*.. Ceterum *Astulae* vocabulum usurpavit Marcellus Empiricus c. 29. S. Paulinus Epist. 11. 12. & Natali 10. Beda in III. Hist. Angl. 2. & 13. & alii. At *Felius* *Astulas* cum duplice sibilo in *ROMITES* scriptis: *Fomes sunt astulas ex arboribus, duas caedentes, excusae.* & mox: *peri modo astulas,* quae sunt *secundibus excusae*. Nec differat in priscis scriptoribus, quam cum dupl. S legitur, sive de lignis secundis ladicum *astulus* sermo sit: *admodum* *astulus* Plauto.

At in *Feliti* verbis modo recitatis, quae media omisi, ea ad *astulas* pertinet; de quibus mox.

Nam praetext ab Isidoro incipere: qui sic habet post ea, quae supra adscripti: *Fomes*, inquit, est *astula*, quae ab *arboribus* excutitur, *recisione bastulae ambustae*; *aut ligno cavata, a fungis nomine accepto*, quod ita *capitis ignem*: de quo Virg. *Rapuique in ferme flammam*. Quid sit *recisione bastulae ambustae* juxta cum Davo intelligo. At male distinctus is locus ( etiam in edit. Paris. 1601. ) majore tantum interpunkione post *recisione*, sanus evanget. *Fomes* est *bastula*, quae . . . *excusae recisione*: *Hastulae ambustae* &c. Vult, non tantum *ad astulas* i.e. *hastulas* quascumque, verum etiam *bastulas ambustas*, & quae porro refert, *foras* appellari. Habes utrumque in *Felito*: qui post adscripta modo verba addit: *At Opitius adustas iam vites* ( istud vites inducendum est ex fide libri vet. apud Salm. ad Sol. & cetero- qui *ad astulas* referendum est ad *astulas* supra positas ) *At Opitius* ( inquit *Felitus* ) *adustas iam* ( supple *astulas* ) *vocari existimat fami- lios*. Atqui ut Isidoro ex *Felito* operi epilimes; nunc vicissim huic ex illo opitulabimus. Non enim *A- dustas*,

*Auctoribus, & ante Isidorum non pessimi 'Auctores scriebant) ditta, quas a ligno eximit, cuius diminutivum nomen est *Asciola*. Est autem manubrio breve (quum contra dolabra, & d'el'm manubrio longo instrueretur: vide supra) ex adversa parte restringens, vel simplicem malleum, vel cavarum, vel biforme rastrum. Haec supra in Muratorio expeditimus, & cum Palladio contulimus: sed infra eadem ad vivum resecabimus.*

**6. ASCIAE & affinitum vocabulorum confusio origo panditur.** Eadem confusio in Hebraicis bujusmodi instrumentorum nominibus offenditur.

Et ex haec tenus dictis, & ex infra dicendis, ubi de *Asciacis instrumentis*, potest perspici, *Asciae* & *affinitum* instrumentorum nomina confusa saepe fuisse, & inter se permutata, maxime aeo posteriori; quando *bipennem*, *securim*, *asciam*, *dolabram*, tamquam si essent synonyma, sic usurparunt. Ea confusio inde mihi orta videtur, quod quum plerumque talia *speciebus* composita essent ac *discqua*, itau*t* hinc acutam, inde fossoriam aciem gererent; hinc quodlibet eorum quidvis appellare licuit, sive *securim*, habita ratione eultrati mucronis capulo *capitulum*; sive *asciam* & *dolabram*, ratione aciei fossoriae; sive *bipennem*, quod anceps esset; sive *malleum*, quia non raro in aversa parte malleus gerebatur. Eademque confusio in Graecis *Axīvns*, *πλάκων* &c. vocabulis obtinuit, ut

nunc

*ambustas*, sed *Ambustas* in Festo est legendum; nam ceteroqui *Abusula*, *adustas* favilla sunt, non formes; at *ambustas* & *ἀμβυσταί* sunt, & facile ignem concipiunt. Etiam in Servio l.c. *Abusula ambustae* mox leguntur. Felius ipse alibi de *ambusto* docuit: **AMBVSTVS.CIRCVMVSTVS.**

Sed quando semel incepimus; cetera Isidori, qua possumus, emaculemus. Sequitur: *Aut ligno cavarata, a fungis nomine accepto &c.* Lege *Aus ligna excavata*: quae vult etiam formites appellari. Servius d. h. post alta supra recitata, haec tamquam ex Clodii commentariis recitat (nisi vero Servii illa sunt, non Clodiana): *Abusula ambustae, LIGNA EXCAVATA, a fungis nomine accenso.*

Potremo ut in Servio sic & in Isi-

doro, quid sibi vnde illud *A fungis nomine accepto* quibus addit Isid. quod ita capit *ignem*. *Fungi*, uti nunc capiunt & aeo Isidori ac Servii, formites optimi erant. Recentioribus Graeciae medicis (reite Salmas. ad Sol.) ii *τονε* h. e. *escae* (quomo<sup>d</sup>o & postris hodie) appellabantur. cur? quia sicut esca in hanc pitem capit, sic fungi illi ignem capiunt. Ego & hastulæ ambustæ, & ligna cavata formites sunt, quia sicut fungi, ita & illa ignem capiunt. Confer Salmasium ad *Solinum*. *Catogum* etiam in *Glossis* *Abusula* Graecum nomen *Πλάκων*, exponitur *Fomis*, *Fomes*. Et *Πλάκων*. *Dolo*, *Fomes*. Itud *Fomes* non alibi, quod sciam, ne in posterioribus quidem scriptoribus legitur. Nec tamen dubito quin sit antiqua verba

nunc hoc, nunc aliud significare crederentur. Hinc etiam factum puto, ut ab *Aſcia* nomine & Gallicum *Hacheſ* & Italicum *Acces-*  
*ta* fluxerit, quorum tamen utrumque non *Aſciam*, sed secu-  
tim significat. Eur ? quia posteriore aetate, quando haec  
idiomata suborta fuerunt, *Aſtia* cum ſecuri componebatur, ag-  
dicebatur *Aſtieſcuris*, quod infra ex Ugutione demonstrabitur.

At nusquam magis, quam ſive in Hebraicis *Aſciae* vo-  
bulis, ſive, quod malo credere, in eorumdem vocabulorum  
interpretationibus aevo posteriore per Judaeorum magistros  
traditis, eam quam dixi *אַשְׁכָרִים* deprehendi. Ut ecce **מעץ**

*Maatsad*, quod non dubito quin *Aſciam* significet, R. Davidi  
in com. ad Is. XLIV. 12. est ſive *Dolodajada* ( Dolabram intel-  
ligit ) ſive **אַשְׁכָרִים** *Aſcia*, Qui in lib. Radiorum addit., *Vel eft*  
*Kardom* i. e. ſecuris .. Moč ipsum *Maatsad* apud Talmudicos  
Bartenora interpretatur ſecurim legionum, Quid ita vox  
*Makſuoth* Is. XLIV. 13. ? quantum in ea voce ( quae certo  
*Aſcia* eſt, ut mox ostendetur ) inter magistros diſcidium? Quid  
in *Kelappoth* Ps. LXXIV. 6. quod alii *Aſciam* alii dolabram aut  
ſecurim aut malleum interpretantur? Sed origo, uti dixi, con-  
fusionis & tantae in interpretando diſcrepaniae eadem eſt,  
quam ſupra teſigī; nam quia non uniuersi modi, ſed complicata  
ea ἀγνῶστα erant; hinc illa *אַשְׁכָרִים* faciebat, ut quidvis inter-  
pretari licet, ac potius quid Scripturae loco conueniret,  
quam fixam vocabuli notionem interpretes ſequerentur. Huic a  
me detecto tantarum varietatum fonti favet illud, quod locus  
Ps. LXXIV. ſic Chaldaice ( apud Buxtorium in Lex. Chal'd. in  
Rad. ) redditur: **ומפקלהת ריו מטן פכל** h. c. Et

*Aſcia* duorum laterum ſive *אַשְׁכָרִים*. Ex quo intelligitur, quo  
tempore Targum illud eſt concinnatum, *Aſciam* apud Orien-  
tales antiquiter fuisse, fort. ut *Aſtieſcurim* Ugutionis.

Sed venio ad singula Hebraea vocabula. **מעץ** *Maas-*  
*tsad*, quod eſt certissimum *Aſciae* nomen bis reperitur: Se-  
mel Jer. X. 3. quem locum *אַשְׁכָרִים* reddat. Quia ſtatuta po-  
pulorum ſunt vanitas; quin lignum de ſylva praecidit, opus  
manuum artificis ( *bammaatsad* h. c. ) in *Aſcia*. Iſtud *bam-*  
*maatsad* ſive *In Aſcia*, Chaldaeus vertit **בְּחַזְוֹנִים** *babatſi-*  
*na*. Quid autem Chaldaicum *Hatsina* eſt? Non aliud, niſi ve-  
hementer fallor, quam Græcum; *Αἴ̄μη*: quod vel inde potest  
intel-

intelligi, quod vox *Hatsina* nullam habet radicem, unde deducatur. Ceterum plurima Chaldae Paraphrasae Graeca nomina in suis Targumim usurparunt. Nec dubito quin Graecum *Aξίνη* Chaldae sic emollierint, ut *Hatsina* inde confluent, quo tum heic Paraphrastes usus est, tum etiam Is. XLIV. 12, ubi pro Heb. *Maatsad*, & Graeci *περιτρόπον*, & Chaldaeus *Hatsina* posuerunt. Sed proderit eum Isaiae locum ( in quo iterum *Maatsad* reperitur ) ita, ut Hebraice sonat, vertere. *Faber ferris* ( *maatsad* i.e.) *ascia* ( LXX. *αστράφη* ) facit. Ita quidem hoc solent interpretari. Sed malo sic: *Faber ferrum* ( in ) *Asciam* facit. In quo sequor Chaldaeum Paraphrasten sic interpretatum: *Faber ex ferro* (*Hatsina* h.e.) *Asciam sive dolabrum* facit.

Mox idem Divinus Vates versu icq. *Faber lignorum exten-  
dit lineam* ( ea est *goldan* de qua plura dicemus infra ) *delineabit  
eam in silo phoenicio* ( quae est *μίλις τεκτουνι* ) *faciet illud* ( li-  
gnum ) *in ascias*. Heic autem in Hebreo alterum est non du-  
biu, mea sententia, *Asciae* vocabulum **מִקְצָעָה** *Mak-*  
*tzauah*; cuius radix in Hiphil significat *Abredere*, quod est  
*Asciae* peculiare. At alii intelligi runcinas volunt.

Restares dicendum de tertio vocabulo **כַּלְפָה** *Celaph*  
potb. Ps. LXXIV. 6. Sed de *eo* jam quaedam ad Murat. pag.  
203. not. 133. occupavimus. Nec valo quemquam peregrinis vo-  
cabulis longus detinere. Hoc tantum non omittam, quod  
R. Abraham existimayerit, hoc ultinum vocabulum venire  
ab Aramaeo **קֶלָף** *Kelaph* ( mutato scil. **כַּ** in **כֶּ** ) quo si-  
gnificatur *Decoricare*, *deradere*, quod est *Asciae* proprium.  
Sed quidquid hujus sit: ab hoc certe Syriaco *decoricandi* verbo  
*Kelaph*, venit Πέλεως ( non a Πέλω, quod voluit Auctor Etymo-  
logici; vide p. 167. not. 221. ) per litterarum transpositionem; unde  
est & Πέλεω, quod apud Theophrastum & alios est *deli-  
brare* & exteriora ligni deradere.

### I I I. *ASCIAE VETERIS MUNERA:*

Restat id unum, ut *Asciae* diversa officia exsequar, huc  
est diversa pro operum diversitate asciarum genera producam.  
Fuit enim *ascia lignaria*, fuit & *fructoria*, adhaec etiam *sosse-  
ria*. Quidquid fuit & *chirurgical*? Quae tamen non est hujus argu-  
menti propria, quippe non vera illa quidem, sed *αναλογία* sic ap-  
pellata.

• 1. *ASCIA*

33

### I. ASCIA LIGNARIA.

Eius socias Runcina & Scobina. Plinius illustratur.

Varro & Ifid. emendantur.

Lignaria omnium antiquissima fuit, cuius meminit Homerus, evocans Δαεδαλον. De hac sunt intelligenda quae hujus capituli initio in Στρατηγον & in Ascia diximus. Eius inventor Daedalus. Plinius VII.56. Fabricam materialiam (inventit) Daedalus, & in ea serram, asciam, perpendiculum, ten rebram, glutinum, ictibyocollam. Eadem in primis materiali officinam instruerunt Pollux VII.113. & X.146. Isidorus XIX.19.

Atque hujus serrae scopus unicus fuit, lignum complanare, ac perpolire; id quod siebat τῷ ξίφῳ abradendo quascumque abnormes extuberationes. At ne in incertum ascia ferretur; εἰτὶ γάρ τινα sive ad amissim iactus suos dirigebat. Utrumque hoc junxit Poeta laudato alibi Joco Od. E. ibi Ulysses ratem fabricatus, postquam τελέσα bipenni πλεύσεως h.e. (ut supra tradidimus) sive ad ratis definitum modum ligna praecedit, siue eadem ligna detracta exteriora erastitudine in quadratum suditer informavit; deinde sumta in manus ascia, versu 245.

Εἶτα δὲ στισαμένος, τῷ ξίφῳ γάρ τινα ιδειν.

Derafitque scienter, & ad direxit amissim.

Male in Homeri ultima editione ex officina Wetsteiniana, quae utor, illud εἰτὶ γάρ τινα vertitur ad normam; nam norma est γράμμα h.e. quum duae regulae ad angulum rectum compituntur: at γάρ τινα est sive ταῦτα regula (235) sive verius est funiculus rubrica tinctus. Ultrique horum autem Latinum (236) Ammissis respondet.

(235) Sane τῷ Στρατηγῷ unanimiter interpretari solent, sive regulam Graecis καρδία, sive quam Gellius lineam appellat, quae nimirum funiculo rubricato imprimi solet. Sed hoc posterius magis probo, maxime adductus illo adagio Ἀλέξης λέγει λαβετ τὸ γάρ τινα, & τὸ εὐθεῖον λέγει εὐθεῖα γάρ τινα &c. quae infra exponentur. Aut haec Hesychius τὸ γάρ τινα. ταῦτα, τὸ δὲ εὐθεῖον οἱ τεκμήριοι. Ait γάρ τινα esse funiculum, quo ariugunt materiali. Addo & Cyrillici Glossas, in quibus γάρ τινα τεκμήριον exponuntur Binedictoria. Sed illud tectoria (ab aliquo Graec-

Ergo

ce πινδοτάτιστον proscenium) eit introducendum. Linem dixisse ex Gellio fatis erat. Nec tectoria quidquam commune cum τεκμήριον habet.

(236) Ammissum Festus interpretatur Regulariter. additique id tractum a regula, ad quam aliquid exagauatur, quae Ammissis dicitur. Sed Nonius tum Ammissum tum Regulum ipsam, videtur non aliud vocare, quam funiculum rubrica istud. Exammissum, inquit, dicitur exanimate ad regulam, vel coagimentum. Regulam in sequentibus funiculum interpretatur: at coaginem.

Ergo scopus *Aesciae* erat *τὸν αὐθικὸν amputare, & con-*  
*planare.* At id motu compōsito assequebatur. Prius enim serie-  
**b**at ( id quod *DOLARE* propriū dicebatur: vide in *Dolabra* ubi  
de verbo *Dolo*) deinde in reducciórem sui recessum, tamquam  
in cubitum incumbens, id, cui infindebatur, attrahebat. De  
priore Augustinus in I. de musica 4. Opinor nonnumquam te  
*animadvertisse fabros, & hujusmodi opifices aescia, sive securi eum-*  
*dem locum feriendo repetere, & non alio, quam eo, quo intendit*  
*animus, scilicet perducere quod nos tentantes, quum assē qui nequi-*  
*mus, ab eis saepe irridemur.* At alterum est Προσέλλεν attrahere,  
de quo vide Artenidorum in loco, quem supra explicavimus,  
unde & ab ἄγω duco, non ab Ἀγρυππῳ frango ille *Aētīm* derivavit.

At postquam suo defuncta erat ministerio *Aescia*; operi jam  
*sive exasciato, sive, si sic mayis dicere, (237) deasciato Runcinæ,* & Scobinde succedebant. De utroque instrumento vide  
Tertulliani, & Arnobii loca de statuarum opificio, laudata mihi in Murat. p. 110. not. 135. At *runcina* ( sive ex Arnobio *runcinarum plana* ) quid in flexuosis simulacrorum membris, aut  
amictuum finibus potuerit, haud facile assequor; ac vereor, ut  
*runcina*, quippe cæcq. *Impetu-raptæ*, caeli subtilitatem de-  
leverit potius, quam ut quidquam juverit. Sed satis est, ut  
Tertulliano fides constet, si alicubi *aescia*, alibi *runcina*, alibi  
vero *scobina* usui fuerit. Minutius Octavio cap. 23. Deus lignea  
*ceditur, dolatur, runcinatur.* Horum primum ad aesciam ru-  
diter informantem pertinet, alterum ad caelum ( *caelo dolitus,*  
dixit Varro ) tertium ad runcinam, sed quatenus usui esse po-  
terat. De runcinæ ministerio eleganter Plinius XVI. 42. *Fir-*  
*missima in restum ( male alii in lectum : Theophr. &c. &c. : nam*  
*finuari negat ) abies.* Eadem valvarum repagulis ( corr. paginis  
ex Salm. ad Sol. & ex MSS. ) & ad quaecumque libet integrina ope-

ra

*toagmentum* ( quod miror hoc signifi-  
catus in Lexicis non affieri ) non  
est aliud, quam quod ad finem cap-  
itis huic appellat *Aequarantum*  
*levigatum*, seu *tabulis quadratis*,  
*qua utinam ad fixa coequanda.*  
Pergit Nonius: *Est enim Arnus,*  
*Regula fabrorum, quam architecti,*  
*quum opus probant, rubrica illi-*  
*nunt.*

(237) *Exasciare* quid sit apud  
Plautum, sup. pag. 123. not. 159.

ostendimus. Idem & *Deasciare* di-  
citur: nisi vero hoc aliquid am-  
plius innuit ( nec enim raro Dī  
in comp. rei perfectionem notat )  
uti quin Prudentius *Roman. v.*  
*381. ait:* *Deasciato supplicare fi-*  
*piti.* Plus certe heic est, quam nō  
*dixisset Exasciatio.* At illud Plau-  
ti *Mil. III. 3. 17.* *Miles quemad-*  
*modum posset deasciri, & incertat*  
*lectionis eit, & vero pessimum.*

*ra aptissima, sive Graeco, sive Campano, sive Sicilio fabricae artis genere: spectabilis RAMENTORUM CRINIBUS PAMPINATO SEMI-ER ORBE se volvens ad incitatas runcinarum rotas.*  
Atque haec de Runcina.

At Scobina quid sit, non possum aliunde certius, quam ex Plinio docere; cuius vicissimi difficultem locum illustrabimus; postremo & Varroni medicinam facturi. Plinius XI.37. (lect. 63. in Harduini editione) sic habet: *Testudini marinae lingua nulla nec dentes: rostrum acie comminuit omnia. Possea arteria & stomachus denticulatus callo, in modum rubi, ad conficiendos cibos, decrescentibus crenis, quidquid appropinquat ventri. Novissima esperitas, ut scobina fabri. Ibi Harduinus, post conelatum, tamen medicas manus non abstinxit. Locum hunc, ait, si quis aut plane intelligere, aut sanare quisiit, lampadem tradit: nibil enim habeo, quod affirmem. Deinde quum monuisset in pluribus mss. pro CRENAE esse RENIS, subdit: Pro RENIS, fort. SEKRRIS legendum: nam CRENAE vox nec ullius codicis est manus exarati, nec scio an alibi lecta. Forte etiam QVACVMQ. (pro quidquid scil.) leg. satius fuerit. Sed apage meias tragodias. Primum omnium illud CRENAIS nullius esso veteris libri, cur pejerant credam, non video: nisi forte membranas a se visas intelligat. At certe illud & in antiquitus editis, & in posterioribus constanter haesit, nullo hiscente interpretum: imo, quod mirere, in Plinio Varior. (Lugd. Bat. 1669.) ita locum dignitatemque suam τὸ CRENAIS tuetur, ut etiam nullum in ora (scatente variantiis librorum) diversae in eo lectionis vestigium compareat. Ut non injuria verear, ut ex fide codicum haec scriperit vir Cl. At etiam eidem vocabulo iura civitatis erectum ivit. Vel vetus Onomasticum legeret, in quo CRENAE redduntur Γλυφίδες: at Γλυφίδες quid sint, dicerem, nisi esset ex Homero (238) & aliis notissimum. Postremo in eo quod*

(238) Homerus Il. A. 122, ubi de Pandaro feriente Menelaum:

Ἐλέας δ' ἦμαι γλυφίδες τε λαβόδης  
καὶ νέρων βοσκά.

Ille manus prendens crenas nervosque retendit.

Ibi Enniathius pag. 452. lin. 10.  
Γλυφίδες δέ, τὸ γλυμματα τῷ αἴρει  
καὶ τὸ οὐριθέματα τῇ νέρωσῃ. Γλυ-  
φίδες sunt incisura sagittaria, qua  
nervo inseritur. Idem Poeta Od. 9.

419, de Nlysse:

Εἰλίκειον νέρων γλυφίδας πε.

Nervos crenasque retendit.

Ibi quoque idem interpres pag. 1015  
lin. 33. Γλυφίδες δέ, αἱ τῷ σίγβῳ  
αἱ εὐθεῖαι, οἱ νέρων. οἱ τοιούτοις καλλιεύνη-  
δεχούσαντας. Οὐρανον γυρεῖ δερ-  
ματαν βοσκός, δὲ μήτε επινέσαι αἱ τῷ  
τοιούτοις νέρων. Hoc est. Γλυφίδες de-  
sagitta dicitur, sunt, quibus nervis  
nervis immittitut. Nervum vero an-

N tigite

quod pro QVIDQVID reponit QVACVMQVE; rogo ne pergit isto modo vences omnes atque gratias in Latinis, quos illustrat, perdere. Nunc quid Plinii locus senticeti habeat, non video. Age, propius istud επόστη μορμόναν accedamus. Testudini marinae lingua nulla nec dentes: rostri acie communis omnis. Haec, opinor, sunt sciammate planiora. Postea arteria & stomachus. Stomachi nomine ex antiquo (239) more gulam intelligit. In MSS. nonnullis est Post arteriam est stomachus: quod & Pintianus sequitur. Sed nihil mutandum: quid enim attinebat id notare, quod omnes sciebant, ειρρηδην scil. esse arteria posteriorem? At arteriam tamen & gulam testudini fuisse idcirco tradit; ne putares ora ventribus jungi, quod de piscibus modo docuerat. Postea arteria, & stomachus denticulatus callo in modum rubi. Tria in belluae ειρρηδην notat, primum fuisse inspersum denticulis, qui tamen in ore aberantur; deinde hos denticulos callo duratos esse; postremo hunc totum denticulorum apparatus, sive frequentiam, sive figuram spectes, rubi speciem praesetulisse. Credo habuisse pro oculis Plinium rubi teneriores surculos, in quibus & frequentiores aculei sunt, & zonulas, a latiore enim basi in mucronem desinunt; quales & belluae denticuli erant. Denticulatus callo, in modum rubi ad

COM-

tique dixit: nam subsequenti aero ex bovillis coriis, non ex nervis, arcuum nervi fiebant. Repertur & in Herodoto eadem notione idem vocabulum. At quod citat H. St. ex Epigrannate Γλυψίδες γαλάζιαι, quod interpretatur, Cistellis calamorum incisoris; vereor ut sint potius mucropis calamii incisurae qua atramentum se fundit. Verum ετέχει tantisper, dum in illud epigrannina incidam. Sed tamen ex dictis liquere arbitror, Γλυψίδες tum in sagitta, tum in aliis rebus incisuram notare a Γλύψω scalpo, incido. Ergo idem plane (ex hinc veteris Onomastici) & Crena significat. Quae vox, nulla est causa, cur inter dubia vocabula in Latinis Lexicis accurrioribus reponatur.

(239) Homerus quidem plures sic usurpavit, ut Il. Γ. ἀπό γεμάχης αἴρετο τάμε. Stomachus h. e. jugularis agnorum amputavit. Et Il. T. οὐδὲ γεμάχης εἰρρηδην τάμε.

& alibi, Celsus initio lib. IV. dividit duo itinera incipiunt; alterum asperam arteriam iuominant, alterum stomachum. Arteria exterior ad pulmonem: stomachus interior ad ventriculum freatur: Et cap. I. Graecibus subest stomachus, i. e. gula. Cic. in II. de Nat. deor. Linguam autem, ad radices ejus invadens stomachus excipit. Sed & Plutarchus, Galenus, aliquique non alia notione interdum γεμάχης in suis scriptis posuerunt: eti alibi saepe acceperunt pro ore ventriculus. Vide H. St. in Thes. in Σωματογλώττῳ & Hier. Mercuriale in I. Var. Lect. I. Nec enim dubito, quod comparatis inter se locis ab utroq. productis, aliquique adhuc conquirendis, possit aliquis vocabulorum γεμάχης, ειρρηδην, Stomachis, Gasteris, & affinium Graecorum Latinorumq. usum notionemq. ad vivum refecare.

conficiendos cibos. Quos ne jam restit acle commisuerat? At inter Consumuere, & Conficere hoc interest, quod apud Cic. inter Dividere, & conficere, Sic enim in II. de Nat. Deor. Eorum adversi dentes acuti morsu dividunt escas: intimi autem (molares) conficiunt. Denticulatus (inquit) callo, in modum rubi, ad conficiendos cibos, decrecensibus crenis (crenæ, & l'voldes incisuras sive scalpturas significant: sive cavas, ut in Homero & aliis, intelligas: sive fort. prominentes, ut anaglypta. At denticuli testudinis posteriore ne significatu crenæ appellantur, ut sit decrecensibus denticulis; an priore, ut significet decrecensibus strigis denticulos dirimentibus? postea no[n] tioni crenæ videtur convenientius) decrecensibus crenis, quidquid appropinquat ventri. Istud Quidquid elegantissime positum, ut in Hor. 1. epist. 2. Quidquid delirant reges, plectuntur Achivi. Postrema Plinii, quorum gratia locum integrum illustravimus, haec sunt. Novissima asperitas (magis usque decrecentium denticulorum) ut SCOBINA fabri. Non putavit Plinius satis graphicæ belluae denticulatum sternachum, qua ventri committitur, depinxisse, nisi cum scobina tum vulgo nota compararet. Nos contra scobinam ex belluae aculeis illustrabimus. Quum scobinam FABRI appellat; fabrum non intellige, sed peculiariter materiam, quem Graeci ex nomine generis τσιβίνα nuncupabant, ut alibi copiose ostendetur. Ergo scobina materiarum modice & subtiliter denticulata erat; cuius denticuli (etsi longe tenuiores) rubi aculeos, ex ovata basi in mucronem desinentes, imitabantur: unde & vicissim verbum DESCOBINA RE (240) elegantissime Varro de rubis & senticetis usurpavit. Quae omnia eo nos ferunt, ut scobina eadem fuisset, quae nostris materiariis la Rapsa dicitur. Ac ne quis Plinianum illud FABRE esse, ac proinde scobinam fabris omnibus communem fuisse contendat; istud quod posui, conahor & ex Varrone confirmare; cuius vicissim locus adhuc in situ jacens, detracta alibi, alibi reducta litterula climatus, suo nativo nitori restitutetur.

## Varro

(240) Nonius: DESCOBINATIS: sauciis & abrasi ac desettis. Varro Melengris: Sin autem delectationis causa venamini; quanto sa- sius est salvis cruribus in circu (nam ante amphitheatra venatio in circu

dabatur) expectare, quamvis DESCOBINATIS in sylova currere? Nam quia, nti diximus, scobina rubri aculeos imitabatur; hinc rubis & ceterae itirpes aculeatae vicissim descobinare crux dicebantur.

Varro in VI. de L. L. de Nervolaria : *Scobinam ego illam astutum adrafi. Scobinam a scobe.* *Lima enim materia fabrilis est.* Quid illuc monstri est ? Antea didiceramus, *scobinae ope deradi materiam.* Nunc *scobina ipsa deraditur* ; quasi ea non sit aliud, quam aut *scobs* (*scobinam*, inquit, *a scobe*) aut vero sit *materia fabrilis* ; siue *& lima*, inquit, *materia fabrilis est.* Ne lectorem frustra morer, locus sic est emaculandus : *SCOBINA* (*auferendi casu*) *ego illam astutum adrafi.* *SCOBINAM a scobe.* *Lima enim materiae* (*gignendi casu*) *fabilis est.* Nunc omnia recte procedunt. Ansam errori praebuit, quod interdum Varro hoc loco confueverat in expositione Nomae eodem casu posnere, quo in recitato exemplo erat. Itaque quum <sup>rd</sup> SCOBINAM sequeretur ; putarunt, in Nervolaria itidem SCOBINAM quarto casu scriptum. At <sup>rd</sup> meminisse debuerunt, paullo superius STRITABILAS a stritilando quarto casu positum fuisse. Et credo, quum deerat verbum *scriptis*, *dixit* aut simile, licuisse grammaticis, siue recto, siue quarto casu efferre nomen, quod exponerent. Ut ut est, postquam Nervolariae loco semel mendosae <sup>rd</sup> SCOBINAM quarto casu pro ablativo insedit; consequens fuit, ut & SCOBINA ipsa perverse *adradi* diceretur, & ut *scobina* imo & *lima* ipsa, non instrumentum, sed *materia fabrilis* essent. Qum tamen re vera Varro hoc interesse, docere voluerit, quod *lima metallorum* esset, *scobina* ligni. Id sibi volunt ultima verba: *scobina* quid est? *lima materiae fabrilis.* Quasi diceret quod in metallis lima valet, tantumdem in materia fabrili scobina. Nam illud FABRILLIS, non est heic nomen generis, sed valet tantumdem, quod ~~numine~~ ad *materiarium* pertinens (uti dicetur ad Matt. XIII. 55.) potestq. jungi siue cum MATERIAE, siue potius cum LIMA. *Scobina* est *lima fabrilis* (h. e. lignaria) *materiae*. Materiam idem esse, quod lignum, tritum est.

Ac medicinae, quam Varroni fecimus, neinimem puto fore, quem poeniteat. Nisi quod futuros suspicor qui adhuc dubitant de discrimine, quod inter SCOBINAM & LIMAM statuimus, ut haec tantum ferrariorum, SCOBINA materiariorum pecularis fuerit. Me quoque, ut fatear, adhuc de eo subdubitantem, tandem Isidorus confirmavit ; qui in XIX. 7. inter ferrariorum instrumenta *Limam*, non item *scobinam* retulit. Deinde extremo cap. 19. lib. XIX. inter instrumenta *lignaria* (nupsquam nominata *Lixa*, *Scofina* numeratur. Quis autem dubitat quin ibi *Scobina* legendum sit ? Sed prof-

profecto adhuc foediora in paucissimis Isidori verbis latent ultra . SCOFINA , inquit , ditta , quod baerendo SCOPHEN ( al. scosam ) faciat . Sic omnes , quos viderim , editi habent . Mihi vero non est dubium , quin sit legeadum : SCOBINA di- Ha , quod TERENDO SCOBEM faciat' . Neminem interim moretur , quod Arnobius lib. VI. limam cum verbo DESCO- BINO junxerit . Tornis , inquit , rafa , limis descobinata . Nam sive limis limata , sive scobinis descobinata diceret , utrumque ineptum fuisset . Nunc licuit variandi causa trans- ferre affinia vocabula : sicuti & sup. Varro scobinam appellavit Limam materiae . Atque haec de primo Asciae munere , cui Rupcinam & Scobinam forores adjunximus .

## 2. ASCIA FOSSORIA.

Palladius explicatur .

De hac nihil ferme addam ad ea , quae in Muratorio not.  
 146. pag. 118. dixi . Imo siquid mei iudicii est , quaedam potius  
 inde detraxerim ; ut quod *dēteyām* Astiam ad fodendum aptam  
 interpretabar ; quem sit potius dolabra fossorum . Vide in *de do- labra* . Ergo nullum aliud Asciae fossoriae praesidium fort . restab-  
 it , quam illud Glossarum : *Acisculum* , Σκαπλον , ἡμι δρυς αντεγειτ  
 (nam *Acisculum* est *Astiae* diminutivum) & quod sequiore aeo  
*Dolabra* & *Astia* uti synonyma usurpabantur . Unde eo tantum  
 aeo valuisse concederim , ut *Dolabra* fossorum , eadem & *Astia*  
 dici potuerit . Postremo quem ex Isidoro in XIX. 19. ubi de bi-  
 pensi ( vide paullo superius , ubi de Isidori lignariis instru-  
 mentis ) acies , quae esset ad manubrium *dēteyām* , in quecum-  
 que instrumento fossoria diceretur : non vetabo eo sensu *Astiam*  
 quamlibet *fossoriam* appellari ; imo & ejus ope effodi tellurem  
 potuisse . Hinc Muratorii V.Cl. cives *astiam* lignaria *la zappa-*  
*petto* appellant , ipso passim in sua dissert . id testante . Nam  
 ceteroqui Etrusco sermone *la zappetta* est sarculum , non ascia .

Sed restat adhuc *Astiae* fossoriae a Palladio patrocinium ;  
 cujas locum memini me Mutatorio nostro eripuisse de mani-  
 bus , eo sensu scil . quo is locum illum ( 241 ) interpretabatur .

At

( 241 ) Vide omnia in Murat . sup .  
 pag . 117. 118 . & ibi adnotacionem  
 346 . Ibi vir Cl . vult pro *Rastris* re-  
 poni *Rastrum* ; deinde addit : *Ro-*  
*strum* cioè *Bocco* ; per significare la  
 parsa curva e tagliente dell' *Astia* .

*Cors Colpis* . . . della falce de i *Vi-*  
*gnajuoli* dice : Quae pars adunca et  
*Rastrum* appellatur . Ex quibus li-  
 get animadvertere ( quae certe me  
 ibi adngantem effugerunt ) quid  
 senserit vir Cl . Putat autem Pallad-

N 3

dijum

At re melius perpensa, video jam aliam supereesse viam, qua ex eo scriptore *Ascia fossoria rusticorum* optimo jure extundi possit. Ergo Palladius l. 43. inter cetera agrestium instrumenta numerat *secures simplices vel dolabratas*; *sarculos vel simplices vel bicornes*; *VEL ascias in aversa parte referentes rastros*. Heic ex viris eruditis quaero, quam vim habeat illud ultimum VEL, quod litteris majoribus exhibui. Nam equidem non intelligo ibi, quo valeat particula disjunctiva VEL. Nec aliud mihi cogitandum supereft, nisi eo loci illud VEL *mejor* *et* *honestior* esse, itaut tantumdem sit, quod *Idest*: qua notione antiquis usurpabatur SIVE: at posteriore aevo coepit etiam *to* VEL eodem significatu usurpari, ut l. ult. C. ubi & apud quem cognit. in illis verbis; *Apud compromissarios judices, VEL arbitros ex communi sententia electos*. Memini me saepissime in sequioris aevi scriptoribus in illud VEL *honestitudin* incurrisse; apud quos etiam, inclinante magis Latinitate, VEL pro ET usurpabatur. Ergo in Palladio VEL notat id, quod sequitur, esq; tantumdem ac *sarculos bicornes*, quod proxime praecesserat. Quocirca non est dubitandum, quin apud rusticos aevo Palladii fuerit quoddam genus *Asciae* ancipitis, quae & *sarculus bicornis* diceretur; qui simul qua parte *sarculus sive ascia* vocabatur, a eruendam humum habilis erat: qua vero parte referebat rastros, valebat ad frangendas glebas, opinor. Ita unum idemque *εγγαλῶν* utriusque inter fodendum usui praefecto erat.

## 3. ASCIA

Alium sic esse intelligendum: *Sarculos vel simplices, vel bicornes* (quid sunt autem *sarculi bicornes* Muratorio? nimirum ii, qui habent in sui *aversa parte* *Ascias referentes rostrum* h. e. *Ascias col becco tagliente*: haud certe alio sensu interpretatur quod sequitur) *vel Ascias in aversa* (non sui, sed *sarcolorum bicornium* scil. ) *parte, referentes rostrum*. Nimirum enim *Ascias* non patavite heic esse instrumentum, sed instrumenti pars; quia *sarculos* illos birones voluit in *aversa* sui parte gessisse *Ascias rostratas* hoc est deorsum inflexas,

*Quae viri locci interpretatio* (quod magis juvetur; post illud in *aversa* parte adhibenda est *oblongi*) *in hunc modum vel ascias in aversa parte, referentes rostrum*. Eavero Muratorii explicatio an restet tali, alii judicent. Nam vera Palladii sententia haec est: *Sarcrys simplices vel dolabrates: sarculos vel simplices, vel bicornis*. At *Sarculos simplices* omnes norant, *bicornes* non norant. Idcirco *sarculos bicornes* sic interpretatur: *VEL* (pro hoc est) *Ascias in corso* (sui) *parte referentes rastros*, non vero *rostrum*.

## 3. ASCIA STRUCTORIA.

*Ascia lapidariae nomina, forma, officium. Ascia calcaria. Num & ascia tectoria fuerit. Trullae Graeca & Latina nomina. Ascis composta & Ascis fictis. Num Ascia ex caementis interlinetur. Aristopbanis, Grammatiorum, Ifidori, auctorumq. plurimum loca explanantur, partim & corriguntur.*

Et antiquissimis quidem temporibus haud alia facile, quam lignaria Ascia nota erat; quippe quia in eo tempore fabrica omnis ex ligno esset. Unde & aedificatores Homer. τίκνας appellabat, ut notat Pollux VII. 117. Quae non eo dico, quasi prorsus inusitatum esse strukturum opus; nam vel Babelica turris, si non aliud, contrarium docet. Sed quod rara admodum, in Europa maxime, hujusmodi aedificia essent; multoque facilius ex materia omnia parabantur; unde & materialiis, ut alibi dicant, generis nomen peculiare mansit, ut ii tantum τίκνας dicarentur. At contra Tigni nomine apud antiquos omne genus materiae, ex qua aedifica constat, significabatur, & tigñarii (242) porro aedificatores appellabantur. At deinde ubi ad orientis exemplum structura & heic passim usurpata fuit; omnia ad artis lignariae imitationem fieri coeperunt. Itaque pluri- ma sene instrumenta utriusque communia fuerunt (243) ut Πλάγιος bipennis, θυτέλαιος securis simplex, δέλτη dolabra, Πελο- serra, (inter instrumenta Columnis Atticis inscripta apud Pollucem X. 148. erat Πλάγιο λιθοπίσις h.e. serra ad secandos lapides) xarab regula, νηματα norma, τυδικη amissus, καίρεις per- pen-

(242) Tigni nomine non tan-  
tum lignum, sed & quacumque  
structurae materiam venisse in XII.  
testatur Caius l. 62. de verb. sign.  
Tigni appellatione in age XII. tab.  
omne genus materiae, ex qua aedi-  
ficia constans, significatur. Ulpianus l. 1. §. 1. de tigno juncto. Tigni  
autem appellatione continetur omnis  
materia, ex qua aedificium constet.  
Unde quidam aijunt, regulam quo-  
que & lapidem & testam. . . . hoc  
ampius & calcem & arenam tigno-  
rum appellatione consideri. Sed de  
tignaris omnes aedificatores sive.

Caius l. 225. §. 1. de verb. sign.  
**FABROS TIGNARIOS** dicimus nos  
eos dumtaxat, qui tigna dolarent,  
sed omnes quid aedificarent.

(243) Et quidem Rollux aedi-  
ficatoris δρόμα enumeraturus, sic  
orditur: Εργαλεῖα ή δύτη (εἰδο-  
δέρη) σὺν τῷ ἑνδεγμοῖς, σύν-  
τητη λιθοπίσις &c. h.e. Instrumen-  
ta structoris, praeter lignaria, sunt  
& lapidaria, quae deinceps figilla-  
tionem recenser. Ex quo vides ligna-  
ria instrumenta etiam caementario  
communia fecisse hunc artium eal-  
tentillium Nomenclatorum.

*pendiculum, σφίτη malleus; διαβήτης ( nam & hunc strudori tribuit Pollux ) circinus; postremo & *Astia*; de qua in praesentia dicendum.*

Et Latine quidem *lapidaria* uti mox ostendam, non minus quam *liguaria*, ex aquo utraque, *Astia* dicebatur; etiā *lapidaria* saepius fort. diminutive vocabatur *Acisculus*. At contra Graecis erant seorsum discreta nomina: nam quae materiariis ad manus erat, ea *Στεντρόν* appellabatur ( vide sup. pag. 159. 460. ubi non alia quam de *Στεντρόν* lignario, aut de metaphorico seu chirurgico, exempla ejus vocis suppetere, adnotavimus ) at quae strudoribus ad manus erat, ea suo peculiari nomine *Tύχος* ( 244 ) nuncupabatur; aut etiam λαξά.

(244) *Tύχος* quid sit, docet Pollux VII. 1:8. H. δὲ σφύρα καὶ λαξώματα, καλέσθη *Tύχος*. *Malleus* autem *lapidarum Tύχος* appellatur. At cave ne σφύρας i. e. *mallei* aut *marcelli* nomen te deterreat; nam is malleum se unā parte gererat, at altera acumen habebat. Hodiēdūm aedificatorum *Marcellus*, uti quidem vulgo appellant, ex una parte capitatus est, ex altera obtusum necio quod acutum habet. Ut angelī appareat, in cæmentarii officina *Tύχος* *Astiam* primas habuisse; eod. lib. segm. 125. Pollux ab eo aedificatoris instrumenta orditur, non minus ac *liguaria*. *ασπερδόν* incepérat, Εγγαλλίτης ἢ αὐτὸς οὐν τοῖς ξυλοφυλοῖς, σιδηρίᾳ λιθουργεῖ. *Tύχος*, αφ' αὐτῆς τὸ τυλίχειν. *Ιπαρχωγεῖς* &c. Eius autem instrumenta, praeter *liguaria*, etiam *lapidaria* serviamen-ta: *Tύχος* ( i. e. *Astiae* ) a quibus sit verbum *τυλίχω* ( i. e. *Astio* ) *Ιπαρχωγεῖς* &c. Sed & X. 147. eidem lexicographo in strudoris instrumento *Tύχος* ( ex Salmasii verisimilma correctione: nam antea legebatur *τύχαι* ) locum dignitatemque stram tueruntur. Ad quem ultimum Pollucis locum multa attulit novissimus editor & annotator Tib. Hemiterhuius; quem, cui cupido incessit, non sine fructu adibit. Aut si cui vero hujus copia non sufficiat, censeo, H. Stephani The-

saurum in *Tύχος*, a quo sua illa derivavit Hemiterhuius, praeter Lycophronis locum v. 349. ubi occurrat vocabulum inde derivatum *τυλίχων*; quod Scholaites Γ' zetzes exponit χαροποδασματα. additique: *τύχος γέρεσσιν εργαλάνων πεντηρύ* ( ineruditum hec te praece Scholias, dum τὸ *Τεκνωντὸν γέρνας* usurpavit ) & τὸς λίθους πελκῶν καὶ απόζεντος. At praece, inquam, Lycophronis & Tzezac locum, cetera in Stephano repe-ries: quorum præcipua capita, in eorum gratiam, qui H. Stephano carent, heic ascribam.

*Tύχος*, inquit, *καὶ Τύχος* dicitur οἰκοδομὴν εργαλάνων, *καὶ λιθοζόντες σιδηροῦ*, ut *Eustathius* ( cuius integrum locum infernit suis Hemiterhi. ) & Pausanias tra-dunt, i. e. *Instrumentum feruum*, quo *lapidaria* utinam in potiuis *lapidibus*: ut H. syb. o quaque *Tύχος* sive *λιθοζόντες εργαλάνων*, apud quem per καὶ scribitur, ut & apud Pausaniam teste Eustathio: per K autem apud Eustathium & Pollio . . . Unde *Tyrtoos*, sive *Tυχλος*, idem quod *Tύχος*, nisi quod diminutivum est . . . Et verius *Tυχίτης*, sive *Tυχίτης*, i. e. *Peros* Polio τῷ τύχῃ. *Aristoph.* *τόδης* ( locus Comici a me infra affectetur & explicabitur ) *Sicut enim Tύχος mallei retratim, quibus lapidicæ caementa decoustant, quamobrem*

rem

*τεκτονεύειν*, de quo mox dicetur. Sed antiquae Graeciae *Tēxos* magis in usu erat; quae vox quam a *Tēxos* i. e. *Fabricor* (245) derivetur; hinc potest intelligi, quantum *Aσciae* in fabricis tribueretur.

### Valuit

rem & ΚΟΛΑΠΤΗΡΕΣ nominantur a verbo Κολαπτεῖν significante Rofro tundo in motu avis. Suidas quoque Ερυνης ibi exponit ἔτεν, ἔκπτων dicens *Tēxos* εἴη σφραγίδα τι, φ τῷς λίθῳ περιπτῶν τῷ ἔτενι . . . Scholiastes autem Αὐγύπορος. habet Περιτύπων pro illo περιπτῶντι: sed mendosum mihi id videtur, ac pro eo respondendum puto περιτύπων seu περιτύπησι. Nam ut dicitur ΛΙΟΓΓΑΣΙΩΝ, ita & περιτύπων inde apte formari, non dubium est. Est autem περιτύπων λίθος Eustathio τῷ αποτελέστατος, i. e. a lapide affinis & clementia mallo regnante decutere ad eum complanandum . . . Hesychio quoque Αποτυχίας est τῷ αποτελέστατος τῷ λίθῳ. Τῷ τότε τύπῳ, inquit, i. e. λιθογόνῳ σιδηρίῳ. Nec tamen Αποτυχίας exponit περιτύπων. sic. Haec doctiss. Stephanus.

Qui quod in Scholiaste Aristoph. illud Περιτύπων mendae arguit (quod & Heinsterhusius in sua tractatu) id non temere damnaverim. Nam qui repererim apud Hesychium simplex τύπων, quod interpretatur έπιτύπων, & cum χ τύπων, quod exponit τέττησι; non video quin & compoisti περιτύπων exempla Scholiaстae illi praetexta esse poterint. Vide etiam Favorinum in *Tēxos*, & *Tēxos*; quae deducit a *Tēxos*, κατονοδότων, ver τέλοντα μὲν τοῦ Σ & αὐτοδιατασσόντων λαμπάδας. Itaque uti dixi nec proflus damno illud Scholiaстae Περιτύπων, nec magnopere amplector.

Non omittam de hoc vocabulo duo Euripidis loca, unum Troadibus v. 874. ubi muros Trojanos appellat *Καρύπον τεττήσαντα Φοβεῖ*, quod possit Latine dicere, *A Phoebo ad regulam deasciatos, sive αὐτολίθα Regularum Apollinarium fabricas*

(nam ut supra vidiunus, in Lyacophrone τὸ τύπων *Tētzes* αποκλεῖσται interpretatur; vide & seq. annotationes) alterum Hercole furente v. 945. ubi Argos aux Mycenas, Eurylthei sedem, appellat: Φοβεῖς ταύρον τῷ τύπων δέρματι.

Sedes, amissis rubrae opus & aciculis.

(245) Graecum *Aσciae* lavida- riae nomen, ΤΤΚΟΣ & ΤΤΧΟΣ (utroque enim modo dicebatur) si evicero a Fabricando esse deductum; nemo pothac dubitabit, quid *Aσcia* in fabricis potuerit, & annon jure *ASCIA* pro ipsa fabrica (uti penicillus pro pictura, calamus pro scriptione) usurpata fuerit. Atqui res ipsa (μονοτύχη φωνὴ δέρμα ταντον non voce emissā, ut cum Demothonē loquar) clamitat. Utrumque enim illud a *Tēxos* fabricor et. Vel videlicet quae habet Favrinus in *Tēxos*, quod ita a *Tēxos* derivat, ut indidem dedicat & *Tυχίων*, quod interpretatur ττήχων & *Tυχών* quod exponit σφραγίδαν εἰκόνων, instrumentum structorum. Descripsit haec Vari- nus ab Eustathio ad ll. A. pag. 136. 23. & seq. ubi a verbi *Tēxos* Aoristo Jonico *τεκνον* per *τεκνο-* formatum verbum *τυχίων* τυχών, σφραγίδαν εἰκόνων. Sed mihi longe alia sedet ratio. Nam a *Tēxos* tantum *Tēxos* venit *τυχών*: deinde τυχίων & τυχών sunt, non a *Tēxos*, sed a *Tēxos*.

Nec minus *Tēxos* cum Χ a *Tēxos* est, retenta characteristicā. Dices fort. nondum plane demonstratum a nobis esse. *Tēxos* Graecis suisse eum, qui Latinis *Aσcia*. At praeter dicta in superiori annotatione, id mox not. 247. ex Aristophanis iloco luculentius ostendetur.

At antequam hinc abeo: nolo dili-

Valuit ergo Aſcia in primis ad incidentes poliendoſque lapides. Hinc, ut alibi diximus, LXVirale λαζάριον (quod certe vocabulum Hesychio eſc dicitur λαζαρόπερ οὐδέποτε ferramentum ad caedendos lapides) Vetus Vulgatus, fidissimus Seniorum Interpres, non aliter ſe καὶ τὸν vertere poſſe ſperavit, quam ſi Aſcia interprætaretur, Ps. LXXIII.61. Sed & Psalmi hujus Aſcia Hieronymus ſic interpretatur: *Gens ferramenti, quae lapides dolantur.* Quae Hieronymi verba a Maffeo V. Cl. ſup. initio pag. 234. producuntur, penes quem fides eſto: nam nunc Hieronymi ad manus non habeo. Adhaec in Glossis Aſciularius redditur λαζάριον i.e. *Lapidaria*.

Si quaeras, cujus potiſſimum formae Aſcia lapidaria fuerit, non dubitabo, quin eamdem ferme (interdum tam & non nihil diverſam) figuram ac lignaria praefculerit. Nam certe quea in monumentis comparet, ad hanc plerumque refertur. Ac mihi quidem, ſiquid aſequi judicio poſsum, non alio modo Aſcia circa lapides versata videatur, ac circa lignum ea verſabatur. Argumento illud eſt, quod ſicuti οὐνοῦ μῆλον h.e. rubricā linea ope funiculi in ligno imprimebatur (de quo Iſaiae XLIV.13. docum ſup. in De Aſcia non. Heb. tetigimus) ad quam materiarius Aſciae iugis dirigeret; idem plane & in λαζάρῳ obtinebat. Unde adagium τὸς γάρμαν τίς τιθεται h.e. Amuſſi, ſive lineae funiculo ductae (nam id proprie γάρμα onte, ſupra not. 235. docuimus) *lapidem applicare*: in eos dictum, qui praepotere aliquid agunt. Quod adagium & Plutar- chus (246) & alii complures paſſim uſurparunt.

Et

difſimilares alteram, quea afferri poſſit, τοις etymologiam, ut fit vox per binaropoeiam efficta. Nam quia Ioua, qui eo instrumen- to, dum cundunetur lapides, eli- tur, eſt TVC, TVC; hinc videtur fort. ora Graeci instrumenti illius appellatio, ne ſit ΤΤΚΟΣ, ΤΥΚΟΣ. Confer dicta modo not. superioris & mox dicenda not. 247. ubi de crecidis τοις εστιν apud Aristoph. Ac memini ſane me puerum audire non ſemel ex meis aequalibus, quippe hos Coceai, ni fallor, verſiculos in deliciis habeant: *Adiſſeſſo Tic Tac reſonat cantrone ſub omni, Dum ferrante fluitur* &c. Verum prior origina-

tio a Τεύχῳ, quum fit a Gramma- ticitis, interim maneat.

(246) Et Plutarchus quidem id adagium ſic plenius uſurpat: ἀρδητὸν τέρπω τιθεται, ὥντε ἀρδητὸν γερμανον. Amuſſi lapidem, non lapidi amuſſim aptare. Ac ne forte dubites, quin γάρμα funiculus ille fuerit minio aliove colore tintitus, quo intenso primum, deinde allevato, ac ſtatiſ ſibi relicto, linea designabatur; vides, ut Baſilius in ea paroemia pro γάρμα αρδητὸν h.e. funiculum poſuerit. τὸν λιθὸν, inquit, ποτὲ τὴν εἴρητο δύοντες, lapidem funiculo ad- moventes. Item alterum proverbiū diſcum, ut, ait Euklathius

Et omnino quidem in arte lapidaria ad lignariae similitudinem omnia peragebantur : instrumenta pleraque eadem aut similia erant, uti ex Poltuco demonstravimus : tum vero princeps instrumentorum *Ascis*, et si Graece discreta haberet pro utroque opificio nomina; at Latine unum erat utriusque vocabulum. Nec est dubitandum quin aut plane, aut ferme similis in utroque artis genere, ferramenti asciae forma fuerit, eademque agendi ratio. De quo si quis adhuc anxius haereat, adeat Aristophanis Aves v. 1138. & seq. & vel ab ipsis aviculis discat, quo ipsae instrumento quave ratione in urbe struenda sua usae, tum lapides, tum etiam ligna levigaverint. Crees lapicidae, pelecani materialii fuere; utriusque vero rostrorum suorum ascias tundendo (Graece τυντόνες) illi lapides, hi ligna edolabant. Verum is locus pulchrior est, quam ut leviter tantum & in transitu tangatur; de quo plura vide in subiecta (247) annotatione.

## Fuit

*Hos edolabant rostri ascias*  
Crees.

Ibi Scholiaites: Τύπος, ὁ γυαλάδης τι, ὁ τοῦ λίθου περιτύχως τῷ λέγουσι. στιτίδης δὲ εἴρην τοῦ μαρκόποδος ἔχοντας πύγχος. Κρέας δὲ ἀδεσφάλειας ἔχει. Est Týpos instrumentum quoddam, quo lapides circumquaque præparant ac levigant. Quod opus longum rostrum habentibus valde est accommodatum. Creo autem genus est volatilis, quod valde acuso ac serrato rostro instruitur. At equidem apud Aristotelem in IX. Anim. 17. Crecem arte materialia vitam tollerare, reperio: Σῇ ἀλογοφόρῳ. Erat ei igitur rostri ferramentum tale, quod & lignario & lapidario opificio esset idoneum. Ex quo, si nihil aliud, de utriusque instrumenti similitudine argumentum capere licet. Quamquam de crece in magna obsecritate versamur: de qua vide Gesnerum, Aldrovandum, H. sic Thes. alios. Et fortassis Grecis exemplum erit a Κρέας, quod in Etymologico exponitur φλήρας, fortasse quod rostro, tamquam ascia, ligna, lapidesque DOLARET, uti veteres loquebantur.

Age

Age vero, quando Aristophanes ita munia disperita voluit, ut alios lapicidas, alios materialios designaret; videamus quoniam posteriores instrumento quoque artificio intererentur. In quibus si paria reperies, jam de Alciae lapidariae tignariaeque similitudine non erit ambigendi locus. Sic v. : 153. . . . Td ξύλινο τοῦ τάχις πτυσίς Απεργόντων; Αγ. Οφίδες δοσα τέκνων Σφράγισται τελεκάντης, οὐ τοῖς φύγοντις Απετελέκτων τὰς πύλας· ην δὲ ἡ κτιστησ Αὐχεῖ τελεκάντην (H. St. in v. Πελαγεῖς conjectat, regendum esse τελεκάντην, ut sit partis, a τελεκάντη, δοσερ εἰς ναυπηγία). Qui Graeci parum adiectantur, pro elegantissimis, hos tamen quoicumque habeant.

Age dic, quis urbis bujus opus  
tigniū iūm  
Perfecit? NVNT. Existere ma-  
teriali  
Pelecium, avis doctissimae, rostri  
asci.  
Porcas dolanses: unde sonitus or-  
tus est  
Dolaniū, edis quem officina  
navium.

Heic quoque Interpres sic comen-  
tatur. Πλεκάντης. Πλερὴ τὸ πε-  
λεκτή τὸ ξύλον τὸ σφράγισται τὸ  
δρυόδες τελεκάντη ταῦχον. ην δὲ φύμας ἔχον μέγα. Pelecani  
dicti sunt αἱ τελεκάντη dolandis li-  
gnis. In avis nomine Iusit veri si-  
militer: præsertim quoniam (Peleca-  
nus) magno rostro armatur. He-  
sychius: Πλεκαν δένον τὸ πελ-  
εκτὸν ηγετῶν τὸ σφράγιστα. Peleca-  
nus avis est tigna tundens & per-  
vans. Suidas: οὐδες δὲ τρία πετεῖν  
τὸ σφράγιστα, αὐτὸν ηγετῶν  
λάπτει καλεῖται. Genus avis ligna  
perforans, unde & Dendrocolaptes  
vocabatur. Reperies similiter &  
δρυολάπτεις appellatum. Gesne-  
lius: Pelecanus nofer. . . non tam  
aliо insigni, q. am rostri latitudine  
differt ab ardea? Quapropter apud  
eundem reperias Coccoleariam vul-  
go appellatum. Ea rostri latitudo  
fecit, ut cum onocrotalo confun-  
deretur; qui onocrotalus Felto  
TRVO dicitur, a Trus scil. quae

coclear est, uti notat Bochartus Hieroz. par. 2. pag. 272. 10. Ad haec quae Aristophanes de ingenti pelecani iterpitu, qualis in navium extrina sit, jocatur, ea puto re-  
ferti debere ad inconditum immu-  
nemque ejus volucris sonum, quem  
edit, quin rostrum paludi im-  
mittit: de quo vide mediæ aevi &  
recentiores scriptores a Bocharto laudatos Hieroz. par. 2. pag. 296. si  
quidem Pelicanus idem ac ardea Asterias live Butaurus fuerit. Id si  
ita sit, tum conqueri Bochartus desinet de veterum scriptorum si-  
uentio circa ingentem valitatem in-  
que pelicanis boatum, quando hic  
Aristophanis locus erit pro mili-  
bus: ac porro commodiorem ratio-  
nem reddet loci Ps. CII. 7. Propter  
vocem genitius mei &c. similis si-  
citus sum pelicanus solitudinis: quan-  
do adeo sollicitum se de hoc loco  
præbet. Confer cum dictis Bochar-  
tum loco cit.

Verum ut eo redeam, unde di-  
verteram: τὸ Τυργάνον h.e. TVN-  
DERE avium lato rostro instruc-  
rum, declarat, quomodo in arte li-  
gnaria, quomodo in lapidaria A-  
lcia fese gesserit; nam & haec tun-  
dendo (quod proprie in his artibus  
DOLARE dicebatur) opus perfec-  
t. Fortassis & lapidariae arti,  
quam lignariae, accommodatus  
istud avium Tundere fuerit: nam  
Τυργάνος (qui Polluci σφράγιστα λα-  
vōμενον mallem lapidarium defini-  
tur, ex una parte inaleum, ex  
altera five vera naciam latam &  
folliorum gerebat (& cum vera A-  
lcia lapidaria erat, cujusmodi in  
monumentis scalpit) five angu-  
stius quam latius rostrum; tum ve-  
ro, opinor,

Acisculus  
dicebatur  
(nam talis  
carte est A-  
cisculus in  
numm  
gentis Va-  
leriae) cui  
Acisculo  
proprium &  
peculiare



fus

Fuit vero sane & in ejusdem structoris officina *Aſcia calcaria* ad calcem subigendam, quam heic nostri caementarii *la ſcapa lunga* vocant. Insignis Vitruvii de eo instrumento locus ( ut & Palladii παραλληλος ) saepe alibi hoc libro expensus fuit. Sed quaeri possit, an quum Vitruvius sic orditur: *Sumatur Aſcia, illam lapidariam brevi capulo intelligat* ( non defuit inter Trevoltinos supra mihi productos, qui etiam crederet, *Aſciam materialiam* ibi intelligi : male : quia in structoris instrumento *Aſcia* saltem lapidaria erat; cur illa e materiali officina e longinquo arcessenda fuit? ) an vero alteram ab eo distinctam calci subigendae peculiarem, quae longiore manubrio instrueretur. Plane si rem ex nostris moribus aestimare volumus; hodierna certe *Aſcia calcaria* capulo quam longissimo armatur; ex quo possis conjicere, & olim sic fuisset sed nemo id, puto, praestabit. Verum quidquid de manubrii modo fuerit; interim plane certum habeo a lapidaria calcariam *Aſciam diversam* fuisse. Unde hoc ostendis? ex eo quia quae Vitruvia in tractanda calce *Aſcia* vocatur, ea Plinio, & Palladio I. 15. ( vide utriusque loca sup. ad Gutherium ) *Rutrum* dicitur. At quis lapidariam *Aſciam Rutrum* nuncupaverit?

At Gutherius, Menetrierius, Maffei, & si quis alius fuit, etiam ad inducendum tectorium *asciam* valuisse, crediderunt. Et quidem a Menetrieriana *ascia*, quam hic exhibui, praesidium sententiae suae Maffei adsciscit. Evidem scio, ut hodie, sic & olim instrumentum huic rei peculiare fuisset. Id Italica hodie *Cazzuola*; sed in Ne-



poli-

fuit τὸ τυχίγενον τινὲς *Tundere* avium lapidarum apud Aristophanem. Sane, ut ingenue fatear, instrumentum, quo Neapoli lapicidae ad lapides levigandos utuntur, Aciſculo Valeriani numini simillimum est, nisi quod roſtrum habet rectum non recurvum. Quinque sit gravissimi ponderis ferramentum; ejus roſtro nostri artifices lapides tundunt, complantanque. Quae non eo dico, quasi negem *Aſciam* alteram lignariae similem, qualis in monumentis scalpitur, lapicidae usui fuisset. Imo utrumque instrumentum usui erat, & alterum

fort. alteri succedebat: aut, quod malo, in toſo & tenerioribus lapidibus illam lignariam *Aſciam* usurabant; in faxiſ durioribus *Acisculum* in manus sumebant; ut, quasi Creces, tamdiu roſtro tunderent, donec ſilicis duritiem edomarent. Ad *Acisculum* ( an ad *asciam*? ) & haec altera icon in monumentis obvia fort. referri potest. Poltremo, ut alibi monuimus *ACISCVLARIVS* in veteri. Glossis idem est, qui Graece Ασκύλος.



politano regno ; & alibi (248) Cucchiaja da fabricatore dicitur. At olim Trulla vocabatur, Isidorus XIX. i. 8. ubi de instrumentis aedificior. ait : *TRULLAE nomen factum, & quod trudit & detrudit, id est includit calce vel luto lapides.* At disertiss. Facciolatus in V. *Trulla* negat incidisse se in idoneum auctorem, qui trullam hac notione usurparit; nam Isidorum non magni facit: et si fateatur Vitruvii *Trullifare* ab hoc *Trulla* significatu deductum. Spero euidem me demeritum viri doctiss. gratiam, si haud quaquam spernendum ei argumentum componem. Palladius is est, cujus locum paullo longiorum adscribam, non tantum his, sed & alibi dictis usui futurum. Ergo is lib. I. tit. 15. sic orditur: *Parietum vero tectura sic sit fortis, & nitida.* Primo *TRULLIS* frequentetur inducere. Quum siccari cooperit, iterum inducatur, ac tertia. Post tertia coria, ex marmoreo *GRANO* (h.e. ex tali marmoris crassioribus partibus, & quasi furfur: ut supra in de *Albario*, & *Marmorato* not. 132. pag. 106. exposuimus) cooperiatur ad *TRULLAM*. Quae inducere ante tamdia subigenda est, ut rurum, quo rata subigitur, mundum levemus. Haec quoque marmoris grani inducere quum siccari cooperit, aliud corium subtilius oportet imponi; sic & soliditatem custodiet & nitorem. Vide *Trullum* non aliud fuisse, quam nostrorum hominum *Cucchiaja*: quod vocabulum *Cucchiaja* est merum *Trulla* interpretatum: nam *Trulla* (249) a *Trus* venit, quod est versus

(248) Baldus in Lexico Vieriano in V. *Trullifare* sic scriptit: *Verbum factum esse a trulla caementario instrumento, quo murarii fabri tectoriorum inducunt, quod nostri (Urbinate, quippe ipse Urbinae, intelligit) COCHLEARIA, alii CAZZOLAM dicunt, nevini dubium.*

(249) Quod *Trus* cochlearis sit vocabulum, declarant hi versus Titinnii Setinæ apud Nonium *Sapientia gubernator torques natus, eand valentia.*

*Cucus magnum abenunt, quando ferunt, paula confutat trus.* Ubi quoniam Titinnius dicat *paula trus*; miror, unde id hauserit Vossius (& ex Vossio alii) ut *Trus* interpretetur *sugens cochlear*. Est *etiam cochlear*, sive magnum,

sive parvum. Creditur *Trus* deductum a Graeco *Tegum*, quod idem significat. Quod vero a *Trus* *τεκνογνως* hat *Trulla*, teletatur Varro in IV. de L. I. *TRULLA a similitudine trus, quae quod magna, & hoc publice, in trulla; (sustuli hinc adhuc superato, quam post trulla omnes adscribunt) binac Graeci *Fusiles*, nos *trullam*.* Pro *Fusiles* Scaliger suspicatur scriptum *Fusilam*: quam apud interpetatur *Heijchus*: sed nihil mutandum.

Adhaec in Nonio sic legitur: *TKVDS (an TKVAM) Marcellus scriptit & hoc certa suadent exempla quae sequuntur) versus a uerbo, quin nos diminutus TRULLAM dicimus, appellari velutrum. Deinde duo loca adscribit, Pompo-*

tus cochlearis nomen. Imo & ipsum TRVLLA non tantum  
vasis, sed & cochlearis coquinarii vocabulum erat, testibus Phi-  
loxeñi Gloffis, in quibus TRVLLA LIGNEA redditur Τρυλλα  
h. e. *coclear*, quo jura despumabantur; unde in Epigr.  
Σφραγίσις δορνάθος, *coclear spumam colligens*.

Jam vero quae Latine Trulla, eam Graece & Εὐσῆπος, &  
τρύλλων, & Τραγεύεια vocari reperio. Verum in his nominibus  
multa versatur obscuritas, praesertim in Τραγεύεις (150) de  
cujus notione apud Aristophanem adhuc grammatici certant.  
Sed alio nunc proposito.

Nam

ni unum, alterum Titinii (quod  
initio posuimus) quae de TRVLA  
sunt, uti dixi, non de ΤΡΥΛΟΥ.  
Vides heic putasse antiquos *Truam*  
a serendo dictam, quam or-  
ginationem haud vanam puto.

(150) *De Gracis Trullae nomi-  
nibus, ac fortissimum de Τρα-  
γεύεις. Aristophanis locis vo-  
lubilis exponitur.*

Quae Latine TRVLLA cae-  
mentaria appellabatur, eam Grae-  
ce & Πτολέμεο, & Εὐσῆπος, &  
Πλατωνίστης, imo & Τραγεύεια (no-  
men attingi plenissimum) iuvic ap-  
pellatait, mox tum ex aliis, tum  
ex Aristophanis Scholiastae demon-  
strabitur. Verum in his scholiis,  
nei nunc ea habent in praecleara  
Kuiteri editione, quaedam deside-  
rantur, que in aliis editionibus  
erant. Nam haec certe verba a  
Porto ad Suidam (in Τραγεύεις)  
producuntur ex iis Scholis in hunc  
modum: *Scol. adnot. 13. & 14.*  
*Τραγεύεις δὲ Ἀριστοφάνης τὸν Εὐσῆπον,*  
*δὲ τρυλλῶν τι τλλῶν σιδηρους,*  
*δὲ ξυνοι τὸν παλέρν.* Vult Τραγεύ-  
έις esse Εὐσῆπον (h. e. trullam)  
sive ferramentum quoddam latum,  
quo potius latum, iuvic techorium;  
que tamen a Scholiaste Kuiteria-  
no absunt. At eadem illa verba in  
iis scholiis ad Aristophanem, qui-  
bus usus est Favorinus, non dece-  
rant: nam quae modo ex Porto ad-  
scripti, sunt, eti paullo aliter, in  
Favorino, qui certe omnia sua de  
Τραγεύεις ex Scholiaсте depropo-

sit. Quas non eo dixi, quo de Ku-  
steri conquerar; sed inveniendi ma-  
gis lectoris gratia. Praesertim quia  
in recitatis verbis praecleara Tru-  
llae hodiernae (quam *coclearis*  
vulgo appellant) definitio contine-  
atur: *Εργαλέος τι τλλῶν σιδηρους,*  
*δὲ ξυνοι τὸν παλέρν,* *κατανενευ-  
σατο, quo possunt arenatum. Ha-  
bent interim in iis verbis unum ex  
propositis nominibus, τὸν Ευσῆπα.*

Sed de Τραγεύεις locus est  
obscurissimus Aristophanis Avibus,  
ubi de urbe ab illis condita sermo  
est. Ibi, ut supra diximus, uni-  
cuique volatiliū generi suum mu-  
nus traditur. Creces lapides rostro  
complanabant, quos grues e Libya  
adveccerant: charadrii bajulabant  
aquam, fulicae lutum, quod an-  
seres suis pedibus, tamquam palis,  
in pelvis ingerebant. Sed & ana-  
tes lateres apporabant. Poltremo  
hirundines & ipsae ore lutum adve-  
cebant. Sed locus hic de hirundi-  
num ministerio obscuritate suator-  
fit antiquos novosque grammati-  
cos. Sic enim v. 1149. - αὐτῷ δὲ  
τὸν οἰνογύρεα Επέντειον ξυνοι νε-  
ποιν, οὐτε ταυτα, Τὸν παλέρν  
εἰ τοις σόμασιν αἱ χελωδόνες. Se-  
ne loci obscuritatem jamdiu est,  
quod vetus ejusdem Scholiaстes con-  
queritur. Ασπάς ἢ λέρα, inquit.  
Sed quando occiperimus, totum  
Scholiaстis locum afferamus. Nam  
pergit. λέρα γοργοὶ τὰς χελωδόνες  
τὸν οἰνογύρεα εἴπι οἵ ὄμαιοι εἰσα-  
κομίζειν, τὸν ἢ παλέρν αἱ τοις σό-  
μασι.

μαρτίον τόντον, οὐτε τὸς  
περισσὸς πανομοδιάτονος. Α· εἶτις  
( Poeta ) βιρυνδίθες Τραγωγέα  
διημεῖται ( videtur illud ΑΝΩ de  
humoris interpretatus: male ) λι-  
γυνορε γεστάσε. Ναμ sic faciunt,  
quum nōdificant. Pergit Interpres:  
Οὐ δὲ Τραγωγέας, δις τινες σύδι-  
γειν τι, οἷον πτυχίδιον, ἢ ἔχαρτον  
οἱ κομαται· οἱ δὲ ἐργαλέων οἰκοδο-  
ματοι, οἱ απόδινοι τὰς πλάκας  
πρὸς πλάκας· τινὲς δὲ αὐτοὶ παρε-  
ρρογοις ( corr. Παρερρογοις, ut de in-  
cepis ostendam ) καλοστοι· οἱ μη  
ἄρτη πιλόν την οὐταγωγίαν πλεο-  
νε· πιούσιν γάρ τι τοῦ Ερωτήτο-  
ντο τοῖς Τριμέτροις εμφανίζεται. Ατ  
Τραγωγέας, ut quidam agunt, est  
ferramentum ( velutι Πλεύδης βα-  
στρίλα ) quo iiebanunt rētores. Alii  
pusant esse instrumentum stricto-  
rum; quo latere ἀνισικανον coag-  
mentantur. Alii ipsum παρέληγον  
appellant. Nisi forte lūsum quod-  
dam Τραγωγέα vocent. Tale enim  
quiddam Hermippus in suis Tri-  
metris videtur eo vocabulo signifi-  
casse. Non pignit integrum Scho-  
liorum logum adducere, quia cete-  
xi hinc sua descripserunt, non  
tantum Favorinus, sed & fort.  
Suidas. Nisi quod in ultimis ver-  
bis pro πλάτη τινε ( ut hic Scholia-  
stes habet ) in Suida legitur πλάτη  
τινε· quod H. Stephano in tantum  
placuit ( quem vide in Τραγω-  
γέας ) ut non dubitet, ex Suida  
Scholiasten esse emendandum: id  
quod & Jungermannus ad Pollutis  
VII. 125, sequitur. Putat au-  
tem Stephanus πλάτη esse tomen-  
tum quod oneri supponitur, ne  
humeros laedat, idque dici Τρα-  
γωγέας in Aristophanis loco. Fabu-  
lae. Imo miror, Stephanum &  
Jungermannum statuisse, Scholia  
ex Suida esse corringtona in voce  
πλάτη; quum contra Suidae ex  
Scholiaste, & ex Hesychio opem  
esse ferendam, vel Hermippi senarii  
duo, quos Suidas subjicit, claz-  
mitent. Sed de Hermippo mox.  
Nunc Hesychius haec habet: Τρα-  
γωγέας· πρὸς πλάτην εἰκόνειαν  
ΠΗΔΟΣ. Ait eo vocabulo signifi-  
cari lūsum, quo lateres ferrumi-

nantur. Sane Aristophanis locum  
prae oculis habuit Hesychius, quum  
haec scriptit; qui omnia illa ob-  
scrae apud Comicum vocis inter-  
pretantia cetera aut ignoravit,  
aut, quod malo, prae hoc uno  
sprevit; quod unum est certe ve-  
ritatum.

Nam debes animadvertere, apud Comicum praecedere anatum  
ministerium, quae succinctae ( cur  
succinctae? expedit hoc Suid. ibid.  
στι τὸ ἔχων ὅλην λαθεῖν, quod ab-  
bam sonum babente ) lateres ad fa-  
bricam apportabant. Anates γλι-  
θορέους pone sequebantur hirundi-  
nes, quae genus illud leti subti-  
litimum ac probe tubacatum, quo  
intellini lateres solerent, ore suo  
advectabant. Id vero lutum πλάτη  
γτραγωγέας dicebatur: conjungen-  
da enim sunt ea verba, quae sej-  
nūt, ac quasi res duas discretae,  
a viris doctissimis accepta, maxi-  
mā ei loco caliginem offuderunt:  
ita ut in eorum translationibus ni-  
hil sani deprehendas. Verborum  
ergo Comici hic ordo est: Αἴνε  
ἔπειτα, κατέπιν θάσηρ πλάτη, οἱ  
χελιδόνες ἔχοσαι εἰν τοῖς σόφραι  
τῷ πιλόν τον οὐταγωγέας. Quælic  
vertas licet: sursum vero vol-  
bans, sed retro, uti prius decet  
( famulos intelligit, quos in arte  
Kruftoria nolitantes appellant Ma-  
nioloi ) βιρυνδίones, babentes in or-  
lūsum οὐταγωγέας, i. e. idoneum  
ad lateres terruminandos. Atque  
haec interpretatio una verissima est  
ac necessaria; nec enim is locus  
aliud admittit, quam junctum πλάτη  
οὐταγωγέας. Idque, si mens  
non laeva ruisset, & Hesychius ad-  
monuerat, & Aristoph. Scholiastes  
obiter ultimi verbis, quum ait,  
οἱ μη ἄρτη &c. Nisi forte lūsum  
quoddam Τραγωγέα vocent ( i. nunc  
πλάτη in πιλόν h. e. tomentum re-  
tinge: quid postea eo loco fiet? )  
imo & Hermippus in partes a Scho-  
liaste vocatus rem plane conficit.  
Sed hujus senarios, quid nobis  
Scholiastes invidit. Suidae dili-  
gentiae dehemos. Qui sic habent  
- - Εὐλεγε γάρ δεσμῷ μὲν οἰδη.  
Τοτος δὲ οὐταγωγέας πιλόν ( corr.  
metti

metri gratia θεωρησθεντοι τοιον )  
τυπον θέρεος :

Nullo quidem conjunctus illi  
timido,

Sed , calce tanquam , moribus  
jungimus suis.

Vides , id mores sociabiles ad co-  
pulandos animos valere , quod  
θεωρησθε ( h. e. ταῦλος λιγιον ,  
non ταῦλος σανσεπτον , ut pessime  
in Suidā legitur ) at constringendos  
luctores valebat.

Sed tamen dissimilare non pos-  
sum quid de *Hermippū* loco  
sentiam. Nego eamē eo loci θεω-  
ρησθε esse arenatum ( aut quis  
unquam incritum pluviatio num-  
excolit ? deinde deicit ἄλις , aut alia  
humilitudinis nota ) neq; , inquam  
arenatum esse . quid ergo est ?  
Τερψιγόν ; uti suspicor , propria  
significatione tantum lem erat , quod  
Conciliator , ab θεωρησθε scil. quate-  
nus conciliare aut perticere significat:  
ut apud Herodianum θεωρησθε  
de ταῦλοι , alibi ὁ ταῦλος , quod  
et conciliare amicitias , benevo-  
lentias &c. Inde , inquam , θεω-  
ρησθε , mores conciliatores ,  
quibus perlicant . Deinde trans-  
fuerit ad optimum arenati illud  
gens , quod laterem lateri adglu-  
tinabat ac veluti conciliabat . Po-  
strem traherebatur & ad trulla  
significandum , cuius ministerio ea  
conjunctione sive adglutinatio fiebat .

Quem . autem apud Aristoph.  
θεωρησθε intriti gens esse con-  
tendo ad glutinandos lateres ; non  
eo insatis , quin idem vocabulum  
etiam οἱ Ηριόδοτοι , sive Σοῦσης ,  
sive Θερμησθε ( nam omnia ea ,  
qua in Scholiis & Suida tamquam  
diversa afferuntur , unum idem-  
fuit , Trulla scil. quam vulgo Co-  
cōlētum dicimus ) significet ; sed  
in aliis Scriptorum locis , non in  
illo Aristophanis .

Et quidem Τερψιγόν inter  
adfectoria instrumenta refer-  
unt. Pollux. X. 125. sed sine expo-  
natione vocabuli : at VII. 125. cum  
luculentis Trulla notione : ubi in  
caenacarii officina volt Τέρψις ; po-  
nitur Τερψιγόν , φερεῖσθαι , i.e.  
Trulla testoria ; sic enim verti de-

bet τὰ τραχία , ut ad teftoriam  
referatur ; nec alia vis est ταῦλος  
Παρῆται in hoc verbo , quam ut Trulli-  
ficiorēt notet , quae non intra-  
murum , sed praeter eum fiebat :  
tinde Παρατάσσει , si me audis , idein  
est , quod Trullifītare . Hinc idein  
instrumentum in Scholiaste &  
Suida Παρατάσσει ( pro quo male  
in utroque nunc θεωρησθε scribi-  
tur ; nam hoc est id quod politur ,  
non id quo : at id quo , ex analogie  
regulis in σπον definir : uti  
sunt nota vocabula Σύρη & Σύ-  
ζη , ita & Παρατάσσει ) inno-  
cipatur . At Jungermannus ad cit,  
Polluci locum confundit hujus  
grammatici τὰ Παρατάσσει cum  
Scholiastae & Suidae τῷ αὐτῷ να-  
τῷ ταῦλοι : parum ictite : nam  
tanta est inter ea duo discordia ,  
Lupis & agnis quasvis sortito obti-  
git . Ceterum unū cādēnq. trullis  
seu Παρατάσσει utrumque fiebat ;  
qua de lateres , sicubi declinarent  
ανθρώποι dirigebantur , ( levi  
scil. trullae iτην ) & deinde iisdem  
inductum teftoriam θεωρησθε , po-  
liebatur . Atque haec de Græcis .  
Trulla : vocalis .

Verum plicato iam hoc con-  
signari . pittacio ; Suidān opti-  
ma n Kusterianum ( quo aegre ca-  
reo , apud amicum nākūs , vehe-  
menter gavissim sūm , correctionem  
illam certissimā , qua in Suida  
pro ταῦλοι , reponeta ταῦλοι , Re-  
gii Parisiensis antiquissimi ( quin-  
gentorum faltē amorum ) codi-  
cis sile confirmata , editoris lo-  
tillimi judicio in textum esse re-  
ceptam . Ceterū ejusdem Suidae  
loci interpretatio , ut ibid. legi-  
tur , in nonnullis est castiganda .  
Ut quoniam Suidas ait Τερψιγόν es-  
tē Εργαλέον τι θεωρησθε . . . εἰσ  
τρούλην , id redditur , Instrumen-  
tum iquoddam fabrile . . . paro-  
ventilabro simile , corr. Trulla fe-  
male ; sequitur enim φερεῖσθαι et  
nonstrati . At teftores trullis non  
ventilabro teftorium θεωρησθε .  
h. e. trullifītare . Hinc Ηρίος in  
Cyrilli Glos. et Dolabrum . Et  
Dolabrum in Philox. Glos. et Πλάσ-  
τη quibus Dolabrum ut alibi nocavi-  
mos .

Nam redit ad munus inducendi testorii; quod *trulla* spissatio seio; utrum & *Asciae* (vel illius Menetrierianae) fuerit, placito nescio. Nec vero mihi aliquis obtendat, Trullam non alterius formae fuisse, quam *Asciam* talem, qualem modo ex Menetrierio exhibui. Nam *Trulla*, ut nomen cochlearis gerbat, sic & ejusdem aliquod simulacrum certe praeservabat; id quod in hodierna *Cucchina*, seu *Cazzuola* deprehenditur. At vero *Asciae* figura, cum retorto capulo (qui est serramento prope ~~capitulo~~) nihil cum cochleari commune habet.

Atque ut nihil prius omnium eorum, quae quoemque modo *asciae* testoriae patrocinari possint: in Cyrilli *Glosa* *Trullus* redditur *Vensilabrum*, *DOLABRVM*, *pala*. Rursus in Philoxeni *Glosa* *Dolabra* exponitur *Trullus*. Ergo *Dolabra* (quae aeo sequiore cum *Ascia* confundebatur) eadem ac *Trullus*. At *Trullus* idem certe quod ejus diminutivum *Truttulus* i. e. *trulla*: vide initium annotationis 250. Quare *Ascia* eadem ac *Trulla* fuerit. Ego, ut respondeam, ultro fateor, *Trullam* aeo sequiore dictam etiam fuisse *Dolabrum* & *Dolabram*, sed quatenus *Dolabra* venit a *Dolo* i. e. *levigo*, non a *Doto* i. e. *cædo*. Aeo medio *dolandi* verbo non alia notione, quam pro *Levigo* utebantur: hinc *Trullam* (quam antiquitus a ~~Levigo~~ *Liaculum* appellabant; & Graece etiam τὰς λάδας primo loco in aedificatoris instrumento recensuit Jul. Pollux X. 147.) ea notione *Dolabrum* nuncupabant, quasi si dices *Levigatorium*: quoniam longe aliud est quam *Dolabra* yetus, ac multo minus, quam *Ascia*. Ergo an *Ascia* (vel qualis in Menetrierianis exhibetur) inductioni testorii servierit; id vero sic in medio relinquo, ut tamen neganti, quam ajenti propior mihi videar.

Quare ex his usibus, quos certo tenemus, non aliud quam calcariam, & lapidariam *asciam* huc usque compertam habemus. At credo hanc alteram in structurae opere facile ad omnia praesto fuisse. Id ex eo colligi potest, quod tum ex Isidori &

*Pal-*

mus, certe est id, quo levigatur testorium, quod olim *Liaculum* dicebatur. Deinde illa leviora, quod *στρογγύλη* translat *fabile* (nominis *στρογγύλη*) quin *strobilorum*, & quoniam *τριπλα* interpretatur *cementum*, quoniam *cementum* sunt *assulae* & *radios* *lapides*; ac tantum aeo sequiore pro arenato perfurari coepit, ob eam credo causam, quod ex calce & cæmen-

tis pinxit intritum fieret: quo intritum inde *cementum* dici coepit, ut patet ex vulgata Gen. XI. 3. Sed haec, ut dixi, levissima. Illud solen, quod de *ΙΑΡΑΕΤΩΝ* raret; quod fort. argumento est, in MSS. sic constanter legi. Nihilo tamen secius quoniam *τριπλασία* ob eas, quas supra annotavi, causas legendum sit, non mihi eripies:

Palladii definitione, tum ex variis Asciae schematibus in sepulchris, constat plerumque id non simplex, sed fuisse compositionem instrumentum. Palladius I. 43. in instrumento rusticorum ponit *Ascias in aperfa parte referentes rastros*. Vide quae ad eum locum diximus ad Murat. & paullo supra, ubi de *Ascia fossaria*. Sed & Isidori XIX. 19. Ascia non dissimili compositione constat. *Ex adversa, inquit, parte referens vel simplicem malleum, aut caputum, vel bicorne rastrum.* Certe Asciae, quae in monumentis comparent, ex altera parte aliquid gerunt, quod quale sit, heic ex Isidoro discimus quanvis ceteroqui Isidoriana sit lignaria, monumentorum autem structoria: sed ipse stramque usus magis, quam figura discrimen fecit.

At Isidori locus, quo magis propositus est heic corrigendus, & explicandus. *Est autem manubrio brevi, ex adversa parte (forte ex aperfa; nam & Palladius sic est locutus; quamvis ex adversa possit esse ex Isidori manu, minus proprietas studentis) referens vel simplicem malleum, aut caputum (quid sit malleus supra diximus in Phil.a Turc pag. 39. not. 44. verum de capato malleo ex Isidoro primum audimus; nec scio, cavus in malleo quo valuerit: lege omnino aut capitatum) vel bicorne rastrum. Repone rastrum. Vult ergo Asciam lignariam (haud dubio & structoriam) in aversa sui parte gessisse malleum, quem nostri appellant maglio. Hunc autem cur simplicem nuncupat? An quia una tantum parte malleus erat? nam altera erat ascia: quum ceteroqui *malleus*, ut ita dicam, *duplices* (cuja descriptionem vide loco cit. not. 44.) utraque sui parte ad evanescendum habilis esset. Quod addit *aut capitatum*, hoc sive ad mallei interpretationem pertinet, quia is plerumq. *capitatus* erat (vide mallei capitati schema in Grut. 644 tab. 1.). Marenus non item: sive quod simplicem malleum a capitata solidae excrescencia distinguebat. Vide in schematibus appositis usumque asciae genus, unam cum simplici h. e. minore, alteram cum capitato h.e. magiore malleo. Postremo addit *vel bicorne* ra-*



*strum*: illud scit. bicorne rostrum, quod in hodierno, uti appellant, martello videmus, quod valeat ad avellendum clavos aut aliud quidvis; quum nipi. id quod vult avelli, aut (ut antiqui dicebant) *ex aesci clavi*, rostrorum divertio inserimus, mox manubrio, tamquam vecte, *αραιοχλεύης* et molimur. Ceterum cur qui Muratorio V.Cl. non consenserim, Palladii *rastros* in *rostrum* mutanti (vide pag. 117. not. 146.) nunc quasi mutato consilio eamdem ferme emendationem Ildoro ingesserim; dicerem, nisi in oculos (251) incurreret.


Est & alterum *Aesciae* compositae & quidem strutoriae nomen *Aesciesectis* (nisi si scribendum sit *Aesciesecuris*) apud Ugutionem Pisanum, qui (ut ostendit ex Chronico Nonantulano Cangius in Praefat. sui Glossarii ad fin. num. XLVI.) circa annum 1192. *Librum derivationum* compausit; qui MSS. in pluribus bibliothecis conservatur. Et quidem Ugutionis locum, ut in M.S. est, represesto, contentus intra parentheses monuisse, quomodo quaedam scriperit Auctor, aut scribere debuerit. *Acis* (corr. *Aescia*), *Dolabrum*, quasi acute scindens; unde *Aciola* (cor. *Aesciola*) dicitur: & dicitur haec *Acies* etis (cor. junctim *Aesciesectis*) aut siquid fort. aliud tale scriptis Auctor) pro *securi* (*securi*) qualementarji (corr. caementarii) uluntur (pro utuntur): unde hic *Asculus* (corr. *Aesciculus*) dicitur: unde *Gregorius Nazarenus* (pro *Nanzianzenus*) Scio inquit, antequam esset, vel astare (corr. Altare) super quo *Aesculus* non descendit: Ex his vides suisse apud caementarios (saltem posterioris aevi) genus instrumenti ancipitis, ex *Aescia* & *Securi* compositum (cujusmodi est hodie apud nostrates structores id quod vulgo appellant *l'Aesciamarro*, quod una parte acutam habet aciem manubrio *γάλιλου*, ut securis, ex altera fossoram, ut *Aescia*, ex qua & ex *Morta* nomen invenit) idque five *Aesciesectis*, five *Aesciesecuris* (five quodcumque scriptis Ugutio) suisse appellatum. Certe ut apud nos *l'Aesciamarro* in fabrica praestet est ad omnia; sic & olim Ugutio.

(251) Nimirum quis in Palladii fossoriae *Aesciae* aversa parte rastri ad frangendas glebas, non rostrum opportunum erat: at in *Aesciae* Nidorianae aversa parte, sicuti oculo judice in monumentis cernitur malleus simplex, aut capitatus: sic verisimile est nonnumquam suisse bicorne *rostrum* tale,

quale est hodie in vulgari *martelo*. Potremo memini me aticubi (sed nec Scriptorem, nec locum reneo) reperiisse, opponi in hujusmodi instrumentis *vñ Capitulum* *vñ rostrato*. Ex quo (si locus antiquus est) correctio nostra, certiori certissima, magis firmabitur.

*Ugutionis* ex ascia & securi constans. Locus quem ex Nanzianneno laudat Ugutio, spectat ad Ex. XX. 25. Deut. XXVII. 9. Jos. VIII. 31. quibus locis Altare fieri jubetur ex lapidibus impolitis, quos ferrum ( olim legebatur in Latino Nanzianni *Asticulus*, proprium, ut supra monui, asciae lapidariae nomen, Tad⁹ respondens ) non tetigit. Postremo non temere auguror duplex illud instrumentum, quod ex Aringhi lib. VI. pag. 678. sup. pag. 121. dedi, & heic quoque exhibeo, esse Ugutionis

*Astieſecūrēm* aut *Aſcieſecūrīm* : re enim vera *Aſcia* simul & *Secūrīm* gerit, & est camentario ad omnes usus



opportunitissimum ēꝝalā. At ultimum ex appositis schematis est illud quod sup. pag. 115. ex Murat. dedi. Et vide annon ad eamdem astieſecūrīm Ugutionis & Fabrettiana (252) & Gruteriana referti debeant.

Ergo, uti dicebam, *Aſcia* non simplex, sed duplex falso erat instrumentum. Qua parte *Aſcia* erat, non tantum valebat ad lapides complanandos edolandoſq., sed etiam ad fabri-  
cam, maxime in antiqui seu incerti (uti vocat Vitravius II. 8.) operis structura; quum nim. committuntur incerta caementia alia super alia ſedq; interseq. imbricata h. c. quum unum

duo-

(252) Cur enī Fabrettiana icon ex monumen-  
to Salſoniae non ad  
Aſcieſecūrīm refe-  
ratur; quum ibi  
in una parte ſecu-  
rīculae sit acies;  
in dorſo vero quod  
furſum excrescit,  
acies aſciae follo-  
biā latere videatur? An nentram  
ſchematis partem recte interpre-  
tor? Nam hujus dorſum quum re-  
ſum fine inflexione procedat (con-  
ſer aſciae definitionem sup. pag.  
352.) numquā erit ut ibi legiti-  
mam aſciā repertas. Rurſum  
quā pars ſecurīcula fine contro-  
verſia videbatur, ea q̄rum lunata  
non fit; vix est, ut dexteris  
ſive Dextralis habeatur. Quid er-



go est? Credo a Menetrieriana Aſcia male a ſculptore caelata. Ad quam Menetrierianam & haec in Gruterianis inſcriptionibus ſaepè obviꝝ per me reſeratur licebit. Quarum utraque niſi sit Menetrieriana (quam sup. pag. 209.) & alibi ſaepè exhibui quaero ec-  
quid demum sit Quidquid tam Fabrettiana ..

quam & Gru-  
teriana, exce-  
pto quod ſunt  
male effigiate,  
ad hanc Maffei  
(quam sup. pag. 139. repræſenta-  
vi) proxime accidunt? At Ma-  
ffeiā & Menetrieriana ſunt plene  
genitiae ſorores.

O 2



duorum caementorum angulis infunditur. Quin & in ~~obli~~  
structuræ genere saepissime sit, ut de tofo, quem ad manus  
habeas, sit angulosum aliquid aut insigniter abnorme, aut si  
lapis sit grandior quam pro cubili suo, deterendum, ut apte  
fedeat. Huic & similibus sexcentis usibus ascia, qua parte erat  
ascia, subserviebat. At postquam tofum, interlita calce, tofo  
antaveris; tum tundendus est, ut quam artissime cohaereat;  
ibi vero praesto erit patescens, qua malleus est, sive simplex  
sive capitatus. Quid si lapis jam ferruminatus, ac probe tun-  
sus, extima sui partem extra perpendiculum, aut regulam excur-  
ret? Illam quamecumque extuberationem, opportune eadem  
ascia deradebat. Taceo de bicornis rostri usu non tantum in li-  
gnario, sed etiam in structili aedificio; nec tantum ad avel-  
lendos clavos capitatos & similia, verum etiam ad lapides, si  
non belle federent, amoliendos.

Quid quod ad calcem caementis infaciendam videtur  
eadem ascia, qua talis erat, potius quam trulla, ad manus  
fuisse? Nam trullam quidem ad induendum tectorium, &  
ad trullissationem adhibitam ex Palladio modo didicimus; ad  
quod ascia plane ineptissima videbatur: at contra ad calcem ca-  
mentis, assulis, lateribusq. interlinendam opportunior ascia vi-  
debatur (253) quam trulla; vel, si non aliud, ob eam causam, ne  
strukturæ cogeretur ad majorib[us] lapides ferruminandos modo trul-  
lam, modo hac deposita, asciam in manus sumiere; quod erat infa-  
nitiae molestiae. Ergo unâ eademque ascia, modo adversa, modo  
aversa, & arenatum illinebatur; & lapis hinc & inde, pro modo  
cubilis, deterebatur; & loculo suo insertus contundebatur; postre-  
mo, ubi lapis extimus extra ~~adferri~~ aut ~~asservari~~ excurseret, derade-  
batur. Ut uno verbo dicam; ad omnia praesto erat: ut non  
immetato, ut peccillus pro pictura, caelum pro arte statua-  
ria, sic *asciam* pro structuræ opifice usurpari consuevisse,  
ex titulis constet, in quibus sunt illae locutiones **AB ASCIA;**  
**SUB ASCIA, AD ASCIAM,** ad fabricam designandam.

Quod modo dixi, Asciam fuisse fabricæ symbolum, inde com-  
probatur, quod ut sup. mentionui, Graecum Asciae lapidariae nomen

Tusci

(253) Opportunior, inquit, ascia, quam trulla, ad interlinen-  
dandum calcem; nam illa multis uno  
tempore officiis defungebatur. Ce-  
terogui non nego etiam trulla olim,

ut hodie, infartam fuisse calcem,  
testante id Isidoro in etymo *Trul-  
lae*. *Trullie*, inquit, *nomen fa-  
ctum*, eo quod trudit & derruit;  
illest incidunt calcem vel lues lapides.

Tóxos venit a Tóxos fabricor. Quid ita? Quod intelligentes veteres, Tóxos sive Acisculum in aedificiis utramque paginam facere. Et quidem, et si largiar, Asciam in situendo, & interlinienda calce nihil valuisse, ac tantum deradendis lapidisibus subserviisse; tamen vel sic Tóxos seu Ασκεύης *Acisculus* & *Ascia* princeps structiorum ἐγράφειν, imo & fabricae symbolum (haud fecus ac artis tignariae *Ascia* materiaria) fuerit necesse est. Nam quemadmodum in opere lignatio, Asciam potissimum asseres & tigna parabantur ac poliebantur, quas tamen ad ea committenda prorsus inutilis erat; in quem usum terebra, clavi, gomphi, ichtyocolla &c. operi succedebant; & tamen nemo primas asciae deferendas esse, infraevidetur: idem & in antiqua praesertim aedificandi ratione valebit. Nam olim praegrandes insanae crassitudinis lapides ad praescriptum ab architecto modulum, singuli seorsum, deradebantur (uti constat ex Templi Salomonici structura, & ex profanis scriptoribus) deinde, ubi probe deasciati fuissent, facile suo quisque loco (numeris ad distinguendum appositis, quod in antiquo opere Capuae animadvertis) committebantur, ac ferruminabantur. *Ascidre* lapides praeceps opus erat: cetera nullius pene negotii: quae possem pluribus (254) demonstrare; nisi plane iam me dicendo, teque, TANVCCI optime, delassarem.

### C A P V T . I I I . De Particula S V B.

Habes, Vir Amplissime, de *Ascias* deque cognatis instrumentis, mea, sat scio & aliorum, opinione longe plura. Sed tamen & obscura ea res erat & confragosa, & intacta adhuc; quippe nullis prius ingredientium signata vestigiis. Accedit, quod erant aspera sentieritis omnia, ante praecendis, quam pedem inferas: Hoc est anticipatae plures opiniones, quae infederant penitus animis, & longe lateque prorepererant, radicibus avellendae fuerunt. Postremo Autores, qui in partes vocandi erant, adeo non juvabant, ut

etiam

(254) Hinc fabricae lapideae Lycophroni & Euripidi *Personarum* (quasi si dicas *Asciationes* aut *Asculationes*) prisco vocabulo appellantur, ut mox initio cap. IV. oler-

dam: quod nim. veteres intelligenter in structure nego in Tóxos seu *Aciscula* aut *Ascia* posita esse omnia.

etiam obscuritate sua principio repellent: mox ubi vitium lectionis suboluit, per mille Paeoniae artis pericula, volentes aut inviti sanescere sunt coacti. Adde insitam animo, ut in iter agentibus visendi studium, sic in hac re nova detegendi curam, apud me quidem laude, aliis fortasse risu dignissimam: nec enim defuturos speravi, quibus operam abusus videar. Hisce de causis non invitus feci, ut *Astian Hippocraticam* (de qua, si promissis erat standum, nunc locus erat) in aliud tempus locumque differrem, postquam formulam totam abfolvero.

Quidquod duobus formulae verbis, quae morari horum avidos potuissent, ad fastidium immoratus, monosyllabum SVB praeterire impune potuisse? sed compendi parum in tantula praeteritione fuisset. Ceteroqui vel haec syllaba ad causam facere visa fuit. Verum in hac re nihil de meo affaram. Servius rem expediet; quem unum reperi, qui de hac particula & complura dixerit, & ea minime contemnenda.

Ac primum de casu si quaeris, Honoratus noster ad 1. Aen. 299. scripsit: *Rodie IN & SVB tantum communes esse.* Sed non pro libito casus hi usurpantur: nam cum accusativo tempus significari putavit. Idem ad 1. Geor. 67. *SVB propinquando tempus signif. acc. gaudet; ut hoc loco SVB ARCTURVM i.e. circa Arcturum.* Item... *SVB LVCEM.. SVB NOCTEM.* Idem notat ad illud Aen. 1. 666. *Sub noctem cura recursat. Circa noctem.* Itemq. ad 1. Aen. 754. *Quum tempus significatur, SVB praep. accusativo haec est (255) semper.*

Cum

(255) Nobis istud *semper*, esse e Servii manu. Nam quid fieri possunt locis, quibus SVB cum auseständi casu tempus significat? Sic *Sub exitu vitæ* apud Suet. in Claudio c. 43. & Nerone c. 54. Plinius sextentis locis. II. 70. *Sub Diis Aug.* VII. 12. *Harrhaeq. imagines sub ipso conceptu.* XV. 18. *Sub bitemne maturatur (ficus) coelidomia.* XVII. 28. *Sub eisfiorum flatu conservans.* 22. *Quum defloruerit (vitæ) aliquis pampinandum putans: atque sub ipsa maturitate.* XIX. 10. *O. imum sub carnis oris pallescit.* XX. 14. *Voci succus (mentae) sub certamine (i.e. ante ipsum certa-*

*men, musicum credo) vultis est.* XXX. 11. *Sub decessa febris.* 13. *Detrabitur arietem sub patru: qui tamen IX. 49. dixerat sub parvissim;* & X. 64. *sub enixaem.* Postremo XXXV. 18. *Cui tergendam (tablam) eam impendaverat.. sub die ludorum.*

Dicas fort. Plinium non satis idoneum Latinitatis auctorem esse præ antiquioribus. Fatoor. At Virgilianum illud SVB *NOCTE*, ad quod Honoratus infra commentatur, an non tempus significat? Quin & SVB *SOLE* eidem Servio tempus notat: ut & apud Celsium (cujus loca cap. seq. proferam)

SPB

Cum autem vero casu plerisque IN significat, ut ad Aen. 1. 497. notat: SVB TEMPLO i. e. in templo, ut supra EXERCET SVB SOLE LABOR i. e. in sole. Ad VII. Aen. 179. illud Servius sub imagine falcam, interpretatur IN imagine (256). Alibi SVB MONTE exponit in monte, & SVB RVPE in rupi. Et illud X. Aen. 497. Una sub nocte exponit pro IN NOCTE. At vero illud Aen. IX. 330. Aurigamque sub ipsis Noctis equis: exponit, Circa ipsos equos.

Sed de sexto casu, qui unice ad rem nostram facit, relant adhuc duae Mauri Servii annotationes; quarum utraq. aut alterutra in formulam nostram posse convenire videtur. Ergo ad illud V. Aen. 323. Erygalemq. Helymus sequitur: quo deinde sub ipso Ecce volat, calcemque terit jam calce Diros: Maurus notavit: Sub ipso, id est post ipsum, juxta ipsum. Et illud ejusd. lib. 394. Ille sub base, interpretatur aut statim, aut post base. Quamquam enim hoc alterum est quarto casu; tamen cum SVB saepe hi casus alternant.

Altera carum, quas modo pollicebar, Servii interpretationum est ad illud 1. Aen. 434. Exercet sub sole labor, ubi illud SVB SOLE interpretatur IN Sole . . vel quondam Sol est. Ultra hancum interpretationum Servii sit clausulae Dedic. sub Asc. convenientior, cap. seq. disquiretur.

## C A P V T IV.

### I.

**Collectio: fios totius simul formulae SVB ASCIA  
DEDICAVIT explanatio.**

Et hactenus quidem, TANVCCI optime, singulas formule hujus voculas sic expeditivimus, ut cuique per se liberum sit colligere, ecquid formula universa sententiae complestatur. Nam quando Astia in fabricis plurimum poterat;

ut in

**SVB SOMNO sanescere, SVB SVDO.  
RE mprj. His adde & haec Ovidii Ex. met. 603. Sub nitido mirata die.  
Ex. met. 183. Primis spectate sub armis. Et V. Fast. 491. Sed tandem dacec iria suis sub eodem somnante Yria. Quamquam non eo invenimus, aniques SVB cum sign. temporis, sive nomen, accusativo junxiisse. Sed non erat causa, cur Servius pro plurimis, scriberet SEMPER. Sane vero quid sibi in Segvium li-**

brarii permiserint, norunt, qui Servium Homoratum norunt; & quorum manu illud SEMPER profectum suspicor, praesertim in fine annotationis positum, qui locus additamentorum esse coniuvit.

(256) Simile Virgiliano Serans sub imagine falcam est alterum Virgilianum & Ennianum Sub armis, & Manilianum sub arcu; de quibus vide Salmasium sup. pag. 17. num. XII.

usu paullatim venit, ut quemadmodum calamis pro scriptio-  
ne, cælum pro statuaria arte usurpabatur, sic *Aſciae* voca-  
bulum pro ſtruſta accipetur. Et hujus quidem locutionis  
Graeca poëtarum exempla prompta ac parata habeo. Nam ut  
præterea; ΤΤΚΩΣ (quod Graecum eſſe *Aſciae* lapidariae  
ſive *Aciſculi* nomen; ſupra docuiimus) a Τευχῳ h.e. Fabricor  
deduci propterea, quia penes Aſciam fabricæ regnum eſſet:  
etiam a Τύρος dērivatione ΤΤΚΙΣΜΑ (quasi ſi dicas *Aſciatio* ſi-  
ve *Aciſlatione*) non aliud quam *fabricam* ipsam designabat. Id  
jam ex Lycophrone prius, tum ex Euripide demonstrabitur.  
Aptid priorem v. 349. Alexandra ſe in fæxæ turris carcere  
conclusam queritur, quod ſic effert: Εν ταξιδιωτικοῖς λαίφαις το-  
ποῖοις q.d. in thalami lapidei aciſlationibus. Ubi Scholiastes  
illud τυριόμενοι interpretatur ταξιδιωτικοῖς h.e. *fabricis*: Eu-  
ripides autem Troadibus v. 814. Trojae muros appellat Καὶ-  
νῶν τινοιδεα Φέλβε: quasi dicas, *Aciſlationes regularium Phoe-*  
*bi* h.e. muros ad regulam a *Phœbo* conſtructos.

Ergo ut in antiqua Græcia Τύρος & Τυριόμενοι tantumdem  
erat quod *Fabrica*, ſic apud Latinos *ASCIA* non aliud, quam  
quod dixi, significabat. Itaque SVB *ASCIA* tantumdem eſt  
quod *sub fabrica* in eum niōdum, quo *sub calamo*, *sub peni-*  
*cillo*, *sub caelo* dicimus. Adde quod ſicuti AB *ASCIA* in in-  
ſcriptione Aquilæ in *Vestinis* (de qua vide dicta ſup. pag. 118.  
not. 147.) idem eſt quod *a fundamentis*, ſive *ab initio fabri-*  
*cae*, & ut ſemel dicam, *a primo Aſcie uſu*: & AD *ASCIA*,  
quod alibi producam, *fabricæ* quoque habet significantiam;  
ſic SVB *ASCIA* non aliud significat quam *sub ipſa ſtructura*.

Deinde quia *DEDICARE* non tantum in rebus ceteris  
(uti copioſe in *Diatr. de dedicationib.* olim oſtentum fuīt) ſed  
peculiariter in ſepulcralibus non eſt aliud quam *Encaeniare*,  
ut ſup. primo capite demonstravi: hinc jam efficitur, *Dedi-*  
*care sub Aſcia* idem planè futurum, quod *Encaeniare* ſub ex-  
ſtruſione. Quae, ſine aperta cavillandi prurigine, nemo in  
dubium vocaverit. Sed quando (uti fuit hominum ingenia  
non aliud laborantium, quam ut funem contentionis, ut ait  
Tertull. in diversa diſtendant) erit fort. aliquis, qui in rebus  
aliis *DEDICARE* pro ὑκανίᾳ accipi, convictus rationibus,  
ſateatur, aut etiam in ſepulcralibus id affentiatur; ſed eam-  
dem tamen in hæ formula, qua de agimus, ſubjectam ei ver-  
bo notionem pro ſua diſputandi libidine neget: age id deinceps  
ope.

operam & nequa vel contentiosissimo cuique ad elabendum ris-  
ma pateat. Ajo igitur, etiam in hac formula **DEDICARE**  
idem esse quod *encaeniare*, ejusque rei petitis ex hac ipsa clau-  
sula argumentis fidem faciam.

Ac primum notavi, in hisce monumentis sub ascia de-  
dicatis **DEDICARE** plerumque conjungi cum dandi casu,  
uti quum huic aut illi (257) sepulcrum dedicatum *sub ascia*,  
aut certe, si non aliud, DIS MANIBVS ET MEMORIAE  
AETERNAE (258) *sub dāvōs* dedicatum *sub ascia* dicitur. Ed-  
dit, ut, scuti apud Grut. 178. 4. ubi THERMAS (imperato-  
res) ROMANIS SVIS DEDICAVER. (ut & ibid. num. 7. eis-  
dem plane verbis) illud DEDICAVERunt est *ex vobis*; idem  
plane dicetidum sit, ubi huic aut illi defuncto sepulcrum *sub*  
*ascia dedicatur*: quod non est aliud, quam quod sepulcri usus,  
aut omnino sepulcrum ipsum *sub dāvā INCHOATVR*; uti lo-  
cutor

(257) Plures sunt hujusmodi  
inscriptiones, in quibus **Dedicare**  
*sub ascia* cum dandi casu jungit-  
ur; ut in hac apud Menetrierium  
in *Præparatione ad Hist. Lugh.* pag.  
19. D. M. et. memoriae dūctissimae.  
T. Tisiolae, quae, vixit. an. XVIII.  
M. VIII. D. XXII. Firmatus. Gal-  
liar. tabular. (tabularius) conjuga-  
gi, piissimae. et. erga se bene. me-  
ritae. et. sibi. vivos. posterisque.  
suis. *sub ascia*. dedicavix. Cui simi-  
lis est apul euudem l. i. hist.  
Lugd. p. 124; quam deditimus sup.  
p. 23. V. Adde & Gratianopolita-  
nam apud Gudium ex Chifletio  
pag. 273. 5. D. M. FRONTONIS \*  
ACTORIS. (ACTOR heic idein qui  
VILCVS, vulgo factor: servile  
plerumque officium; Colum. I. 7.  
ita sit, ut & ACTOR & familia pec-  
cent. & c. 8. Idemque Actori praeci-  
piendura est, ne convictum cum  
domestico, multoque minus cum  
externo baveat: vide & Plin.  
III. ep. 19.) HVIVS. LOCI.  
MATERNĀ \* CONIVGI. KA-  
RISSIMO \* RILVSA (corr.  
PHILVSA; nam P & H simul  
complicatae descriptori fraudem  
fecerunt, rato unam litteram esse,  
eamque caninam) PATRI. DVL \*  
CISSIMO. FACIEN \* DVM. QV-  
RAVIT \* ETC. EVDREPILES \*

FILIVS. PARENTI \* OPTIMO:  
SVB ASCIA \* D. Politemo & hoc  
spectat inscriptio (quam Cl. Ma-  
fetus assert in Gall. Antiq. Sel. ep.  
12. pag. 58. 59. ) Q. SECUND.  
QVIGONIS... QVIGONI. (dā-  
di casu.) SECUNDVS. ET. HI-  
BERNALIS. LIBERTI. ET. HE-  
RED. PATRONO. OPTIMO. SVE.  
ASCIA. DEDICAVER.

(258) Omnes ferinae inscri-  
ptiones cum formula *dedic.* *sub*  
*ascia* sic incipiunt D. M. ET. ME-  
MORIAE. AETERNAE; ad quem  
dandi casum deinde referunt sol-  
lempne illud SVB ASCIA DEDICA-  
VIT. Vide pag. 27. & seq. ubi ex  
Menetrieriana & Gruteriana, se-  
ptem aut octo exceptis, omnes sic  
orduntur. Adde, quod iliae, qui-  
bus non praefigitur MEM. AET.  
praeponitur tamen fere illud  
QVIETI AETERNAE aut similes.

Et itud sane QVIETI AE-  
TERNAE reperitur apud Menet-  
rier. sup. pag. 21. & pag. 48. V. pag. 30.  
XIX. XXI. In Grut. 564. 10. Rei-  
nem. XII. 24. At Menetrieriana sup.  
pag. 29. VIII, sic incipit. D. M.  
tonae. memoriae. et. spe. aeternae  
quod complectitur perfissionem de  
anumorum immortalitate. Ibid. XL.  
D. M. et. sacrificati. & aeternae. aut  
familia.

cetus est Virgilius ; cuius locus *dedicandi* verbo cum dandi ea  
sū lucem eximiam afferet. Sic ille Aen. VI. 252.

*Tum Stygio regi nocturnas INCHOAT aras,*

*Et solidas imponit taurorum viscera flammis.*

Non enim ibi *inchoare* est ordiri altarium exstructionem , imo  
est ea jam perfecta *encaeniare* ( victimis impositis ) Plutoni h.e.  
in ejusdem cultum & reverentiam ; quae in talibus vis est da-  
tivi casus . Sed tamen Servius ad eum locum turbat , sic no-  
tans : *INCHOAT autem ( est ) PERFICIT*. Et est verbum sa-  
cerorum . Nam primum *INCHOARE* & *PERFICERE* sunt  
~~de ritu perficiere~~ . Nunc quo pacto unum per alterum exponitur ?  
Deinde quo heic *perficiendi* significatio ? Verum adeo non tur-  
bat grammaticus , ut summopere juvet . Nam quemadmodum  
( uti sup. cap. I . pag. 156. docuimus ) *CONSVMMO* (& hoc  
interdum cum dandi casu , ut *Deo Patri ex voto consummavit*)  
idem est quod *encaenio* ; cur non eadē nota etiam *in PER-  
FICIO* suberit ? Imo prorsus suberat , teste Servio : cujus si-  
gnificationis documenta in sepulcris ipsis infra producam . Er-  
go in sacris , ( 259 ) auctore Honorato , *INCHOARE* illi Deo ,  
erat rei usum in illius cultum inchoare : id quod & *DEDICA-  
RE* cum dandi casu ( exempla sunt passim obvia ) dicebatur .  
Atqui ex eo dativo , si non aliud , vides quid sit *SVB ASCIA  
DEDICARE* illi mortuo , aut corundem D. M. ET MEMO-  
RIA ETERNAE .

Sunt porro & aliae monumentorum sub ascia dedicato-  
rum inscriptiones , quae plane intento digito ( voluntibus qui-  
dem certe animum advertere ) commonstrant quid sit *in DE-  
DICARE* in hac ipsa formula dedicationis sub ascia . Ut in iis  
titulis , in quibus mortuum *sarcophago condere & sub ascis de-  
dicare uerbi significatio* junguntur . Unum ex his elogis ex Grap.  
339. 4. in citata mea Diatriba ( vide sup. pag. 91. ) indicave-  
ram , quod & ab aliis compluribus ( 260 ) refertur , in quo

MEM.

( 259 ) Verba Servii , Et est  
verbum sacerorum , duplíciter pos-  
funt intelligi ; sive ut ipsum *IN-  
CHOO* encaenandi notione sit ver-  
bum sacerorum , & in pontificis  
libris sic usurpatum ; sive ut potius  
*PERFICIO* pro *encaenia* sit verbum  
sacerorum , heic antem *INCHOO*  
sit positum pro verbo sacro *PER-  
FICIO* ; sive postremo ut utrumq.

fit verbum sacerorum .

( 260 ) Ea Lugdunensis epigra-  
phe a Sponio pag. 170. refertur : a  
Menetrio autem in L. hist. Lugd.  
in fine pag. 79. recitatetur in hunc  
modum : D. M. ET. MEMORIAE.  
AET. RNAE. CVLATII. ( junctus  
scripsit Menetr. qui & hunc vo-  
cat *Culatum Melegrum* ; sed di-  
velliendum est C , ut rectus cau-

**MEMMIA. CASSIANA. CONIVNX** maritum ibi nominatum  
**SARCOFAGO. CONDIDIT.** ET ( sic scil. ) S. A. D. h. e. sub  
*ascia dedicavit*. Nam nisi haec posterior clausula sit prioris di-  
*cti Memmiae*; quorsum illa morosa *reverentia*, ut diceret se  
*sarcophago condidisse?* Huic epigrammati & illud concinit,  
quod cap. i. sup. pag. 144. in medium attuli, nisi quod ibi  
tantum est DEDICAVIT sine asciae mentione: EIVSQ. inquit  
**CORPV. IN. ARCA CONDIDIT.** ET. ( *reverentias* gratia sup-  
ple SIC ) LOCVM. SEPVLCE. DEDICAVIT. Ibi sane duas pro-  
missimè daturum plane geminis inscriptiones cum *Ascia* ad-  
ditamento: quarum quia unam jam *Memmiae Cassianae* mode  
protuli, non committam, ut altera desideretur. Ea est apud  
Grut. pag. 488. 8. Eam infra opportunius integrum adscri-  
bam. Nunc, quod hoc attinet, ibi VIREIVS. ATHENA-  
GORAS. FILIVS. EORVM. EVNDEM. LAVRENTINVM  
CVM. CONIVGE. COLLOCAVIT. ET. ( sic demum ) SVB.  
ASCIA. DEDICAVIT. Habes jam tria numero epigramma-  
ta, quae a formulâ illa acnigmatis suspitionem amoliuntur.  
Addo & quartum, tanto praecedentibus luculentius, quanto  
instar nobis glossarii est, quippe quod in ea formula verbum  
DEDICO cum alio *coenamque* permutat. Ea est Guichenon-  
iana inscriptio a Reinefio producta Cl. XII. n. 112. longior,  
illa quidem, ac difficilior, & quae eruditum lectorem requi-  
get. Eam integrum infra producam. Nunc, quod huc per-  
tinet, ea clausula ad finem sic concipitur: CONSVMMATVM.  
HOC. OVVS. SVB. ASCIA. EST. Ecce quod passim alibi DE-  
DICAVIT *ascia*, id heic CONSVMMARE dicitur; quod  
*ascia* in sepulcris, quam *illatione* illa *encæniare*; uti  
perspicere demonstravimus pag. 156.; præsertim ex Fabretto  
tempore, in quo enumeratis omnibus, quibus jas se-  
pultus erat, ad extremum posteriore manu additur: Tl.  
CL. ANDREAS CONSVMMAVIT. nim. quia ex illis recenti-  
tis Andreas primus illatus, sepulcrum *inveniuerat*. Etiam  
*ascia*, uti modo ex Servio docebamus, inchoandi notio-  
chabat. Accedit quod in Guichenoniana epigrapha, que  
cumque te verteris, non potest aliud, quam quod dixi, *Con-*  
*summandi* verbo intelligi. Fac enim notari, fabricam ad exi-  
tum

**Se C. VLAETIVS J MELEAGRI.** MNIVM. CORPOR. LVG. LICI-  
**LIVL VIR. AVG. C. C. C. AVG.** TE. COEVNTIVM. MEMMIA.  
**LVG. PATRONO.** FIVSDEM. CASSIANA. CONIVNX. SARCO-  
**CORPOR. ITEM. PATRONO.** O-  
**PAGO.** CONDIDIT. ET. S. A. D.

tum esse perductam : quid quaeſo ſtultus , quam de eo iuſte-  
mento monere , ſiae quo nullum aedificium conſtruitur ?

Haec , inquam elogia intento digito ostendunt quid sit  
illud , falſo ſuſpectum acnigmatis , Dedicare ſub aſta : ino-  
haec ſunt monumenta numero quatuor , quorum unum ſa-  
ltem erui optabat doctil. Montfauconius ( vide ſup. ad finem  
Montfauc. pag. 68. ) quod tam obſcurae rei lucem offert . Nec  
illa quidem nunc priuatum prodeunt ; ſed nunc priuatum ad  
ea intenditur animus , ut etiam ad alia nonnulla mox , uti  
vifus poſcet , producenda ; quaē , niſi mea mihi blanditus  
opinio , ſiquid adhuc reſtat in ueritatem iſto terriculi , pro-  
ſus amolientur . At Galli quidam ultimi temporis ſcriptores  
modum in ſcirpo quaesiērunt , qui flagines & pontifices ad  
priuatum ſepulcri lapidem jaciendum , aut ad egerendam hu-  
muſum arceſſiverunt , & qua ſuovetaurilibus , qua ſulco in or-  
be m duto , queque cetera in fundandis urbibus Tuscanis  
ritu fiebant , ſepulcra ſic , quaſi mortuorum colonias , con-  
diderunt . Sed age , demus hoc Auctori Relig. Gallor. ; caſcos  
illios Druidas uiffiſe advocondos ( an potius a Pythoniſſa evo-  
candoſ ? quippe quos jamdiu Claudioſ exegerat ? ) qui omnia  
ad rituallim librorum ( quos ne fruſtra deſiderareneque , lau-  
dati Auctoriſ induſtria fecit ) praefcriptum facientes , ſepul-  
cra ſub aſta dedicarene : tum vero quid tribus illis elogiiſ ſiēt  
quae modo recitatam , in quibus , poſt conditas reliquias ,  
tum demum de ſepulcro dedicando cura ſubit ? Anne priu-  
mortuus collabatur ( credo , ne interim quatriduanus fo-  
ceret ) quo compoſito , ita demum tanto apparaſu ſacrorum ,  
quaſto maximo collatē cum Etruscis operiſ Druidae potuſſent  
conſeruabantur ? Apage quaeſo Bezae apud commenta .

Hinc porro facilis ac promta eſt ratio , cuiuſ interdum in  
hiſ inscriptionibus aliis monumentum peni curq; alijs ſu-  
b aſta dedicavit . Ut in elogio Frontonis ( quod modo integrum  
recitatamus not. 257. ) MATERNA. CONIVGI. KARISSIMO. PHILVSA. PATRI. DVECISSIMO. FACIENDVM. CV-  
RAVIT. ET. EVDREPILES. FILIVS. PARENTI. OPTIMO.  
SVB. ASCIA. D. Adde & epigramma alterum ( quod inte-  
grum in Auctore Relig. Gallor. ſup. pag. 84. dedimus ) in quo  
DIVICIA. DOMITIOLA . . . CONIVGI. KARISSIMO . . . PO-  
NENDVM. CVRAVIT. ET. FILI. SVB. ASCIA. DEDICA-  
VERUNT. Quiq; iſtud ſibi uult ? acc enī de nihilo hoc eſt  
quod

quod alius fabricam papit, aliis dedicat. Autem illa Regia,  
 Gall. ibid. id eo refert, quod feminis interdictum putaret in  
 illam, quam tanto piso constabilit, *negotiorum*, i. e. divorciis  
 Manum-coloniam ritu-Etrusco deducendam incumbere. Ali-  
 jw. Vel vide ista ibid. not. 195. Atqui nihil ibi latet myste-  
 rium, ubi alius monumentum ponit, aliis dedicare dicitur;  
 ne quod in his duobus titulis (neandum enim plures depre-  
 hendi) verborum *exequias* servatur. Nam proprie *dedicare* in  
 dicitur, non qui sepulcrum exstrueret, sed qui mortuum  
 ibi conlocaret, Confer tres illas inscriptiones paullo ante pro-  
 duces, ibi reperies: CORPVS. IN. ARCA. CONDIDIT. ET,  
 (sicdemum; nec aliter quam per eam collocationem) LQ-  
 EVAL. SEPVLIC. DEDICAVIT. Atque hoc de *exequias* DEDI-  
 CO & nunc de SVB. ASC. DEDICO sunt duo haec alia: CAS-  
 SIANA. CONIVNX. maritum SARCOFAGO. CONDIDIT  
 (aque in hunc modum) S. A.D. Rursus: ATHENAGORAS,  
 FILIVS. EORVM. EVNDEM. LAYRENTINVM. CVM.  
 CONIVGE. COLLOCAVIT. (eoque pacto) SVB. ASCIA.  
 DEDICAVIT. Hoc jam stabilito, intelligitur, cur MATER-  
 NA & PHILUSA Frontoni fecerint, at EVLREPILES filii  
 SVB. ASC. DED., cur ita DOMITIOLA *ponendum curaverit*,  
 & filii *sub ascia dedicaverint*, Quorum facillima est responso,  
 quia *utrum* prae luctu non sustinuit maritum collocare (id quod  
 tamen *sep. MEMMIA CASSIANA* ipsa per se fecerat, *fortissime*  
*Tyndariderum*, ut ait ille) eoque filii negotium datum fuit,  
 uti mortuum conderent, iisque adeo *sub ascia dedicarunt*. Sed  
 eam verborum *exequias* non semper anxie servatam suspicor.  
 Hinc in reliquis omnibus titulis perpetua est ad ultimum illa  
 cantio FACIENDVM aut PONENDVM. CVR. ET. SVB. ASC.  
 DED. Hinc etiam non si tantum qui collocabant, apt infere-  
 bant defunctam, DEDICARE dicebantur, sed & si ipsi, qui in  
 id sepulcrum, quod sibi faciebant, primi inferebantur: un-  
 de & haec cantilena altera: ille SIBI. FACIEN. aut PON.  
 CVR. ET. SVB. ASC. DED. Ac de his tantum.

Ergo, uti toties monui, *Dedicare* non aliud notat in  
 sepulcris quam primorem usum. Aut si evelli Gallis non potest  
*consecrari* notio: age, non repugnabo; modo haec *conse-  
 cratio* nullo sacerdotum apparatu fiat, sed flaminibus valere  
 jussis, sola reliquiarum unctione perficiatur: quippe ea illa-  
 tio & sepulcrum religiosum, imo & *sacrum* efficiebat, & re-

vera

vera ἐγκαίνιος seu *inauguratio* erat. Ita eodem redibitur, ut in re sepulrali *Dedicare*, *consecrare*, *encaenare* diversa sint rei ejusdem synonyma. Adhaec vero quandoquidem *Ascia*, uti prolixe demonstravimus, *fabricam* designat, non secus ac caelum statuariam artem, penicillus pictoriā: eo fit, ut **DEDIGARE SVB ASCIA** tantumdem sonet, quod *encaenare* sub *exstruttione* monumenti. Haec quando clara ac liquida sunt; nunc in sola syllaba **SVB** difficultatis totius cardo vertitur. Dubium est enim, utrumne valeat *Post*, *statim post*; an vero sonet *In ipso structurae opere*. Priorem notionem ingredit illud **SVB HAEC** i. e. *statim post haec*. Itaq. quod Theocritus I. 28. de poculo dixit, οὐ γλυφάνε τεράστιον, *adbuc caelum redolens* ( ubi Scholia fest adnotat, Γλυφάνει, τρίσι γλυπτόν, ratus scil. caelum pro caelatura ponit) idem videtur ( si priora interpretationem sequimur ) de sepulcris **SVB ASCIA** usurpari, nim. ea adhuc olere Asciam. Ac memini, mo olim, quum raptim quaedam de hac formula in Diatriba *De Dedicationib.* ante hos tredecim annos conjectissim, ita in utramq. partem disputasse ( vide sup. pag. 90. ) ut dicere ea clausula notari, sive *in sepulcrum recens exstratum cadaver inferre* . . . sive *antequam fuerit perfectum, dumq. adbuc fabrorum camentiorum faret opus*. Quorum prius deinde Massio V. Cl. usque adeo placuit, ut ea<sup>a</sup>interpretatione una captus, de altera, quam credo sperneret, verbum non fecerit.

Nec eo inficias, esse, quae priori sententiae faveant. Nam primum parum sit verisimile, voluisse antiquos in adhuc imperfecto sepulcro mortuos condere. Deinde inscriptio Lugdunensis, quam ex Paradino profert Gruterus pag. 433.3. cuius extremam partem modo recitavimus, non nisi de perfecto iam opere nos cogitare finit. Ea integra sic habet: D. M.<sup>a</sup> ET. MEMORIAE. AETERNAE. \* Q. VIREI. (261) LAV- RENTINI \* I.III.I. VIRI. AVG. C. C. C. AVG \* LVG- DVNI \* HOMINIS. INCOMPARA \* BILIS. ET. VIREIAE. ATHE \* NAIDI. CONIVGI. EIVS. MEMO \* RIAM. QVAM. LAVRENTINVS \* CONIVGI. KARISSIMAE. FE \* CERAT. VIREIVS. ATHENA \* GORAS. FILIVS. EORVM \* EVN- DEM.

( 261 ) Menetrierius hanc eamdem inscriptionem lib. 1. suaे Hilt. Lugd. intóxit: sed in eo errat, dum Vircium illum domo Laurentinum putavit, i. e. ex urbe Laurentio.

DEM. LAURENTINVM \* CVM. CONIVGE. COLLOCA \*  
 VIT. ET. SVB. ASCIA. DEDICA \* VIT. Ex qua vides.  
 Vireium Laurentinum jam memoriam fecisse suae conjugi A-  
 thenaidi, deinde filium Athenagoram collocasse in ea memo-  
 ria ambos parentes mortuos, & sic eam memoriam (jam fa-  
 ctam scil.) sub ascia dedicasse. Praeterea huc etiam facere vi-  
 detur illud, quod in Gudiano inscriptionum syntagmate le-  
 gisse memini AD. ASCIAM. DEDICATVM. POSVERVNT;  
 (262) id quod recentis, sed jam finiti monumenti notionem  
 complecti videtur. Postremo confer Servii notata ad Virgin-  
 lium, quae extremo cap. superiore posui, uti quum SVB  
 HAEC interpretatur Aut statim, aut POST HAEC. Aut (fa-  
 hoc parum ad rem facere videbitur, quia cum quarto casu  
 Post componitur) addo & alteram Servii annotationem ad il-  
 lud V. Aen. 2.3. *Eurgalumq. Hezynus sequitur, quo deinda*  
*S. I. dicitur, quae solat, calcemq. terit iam calce Diores: ubi*  
*H. dicitur, solat: SVB IPSO, id est post ipsum, juxta ipsum.*  
*Id est post Asciam, juxta Asciam sive post desitam*  
*litteram. Hac est prior interpretatio; quam uti non pro-*  
*cedat nec magnopere amplector.*

Diatrib  
 manc quidem, quae de hoc ante tredecim annos  
 latim illeveram, retractanti, ac sinus recessu-  
 tibus curiosius perscrutanti, non potest altera po-  
 sita videri. Eo nos omnia scriptorum optimorum  
 agere possunt, ut SVB. cum sexto casu & ad tempus re-  
 latum interficiat IN, aut Quamdiu. Vide cap. superiore  
 Servii. Sub illud Exercet SVB SOLE labor exponit IN sole ...  
 del

In Gudianis inscriptio-  
 nibus p. 27. n. 6. assertur haec  
 inscrip. eruta an. 1627. in agro  
 Vesonitatis lateri urnae praegran-  
 dis aperte. D. M. \* ET. MEMO-  
 RIAE. IANVSS. IANV. IVNIO \* RIS. QVI.  
 VIXIT. ANCS. VIII \* MENS.  
 VI. IANV. IANVSSIVS \*  
 IANV. DVVS. PATER.  
 ET. LVCVSTÆ (fort.  
 LVCVSTÆ) MATER \* FILIO.  
 DVCE. O. AD. ASCIAM \*  
 DEO. POSVERVNT. Il-  
 lud G. quod versu 6. legi-  
 tur, est, si me audis, corrupte a

lapicida sic sculptum pro HEDVVS,  
 quia scil. H aspere pronuntiatum  
 ad G proxime accedebat; ut vi-  
 deimus in Ain Hebraico factum  
 quod Graeci plerumq. per G ex-  
 prexerunt, ut in *Gomorrah*, *Gaza*  
 &c. Ceterum Vesonito, in cuius  
 agro inscriptio haec errata fuit, Se-  
 quanorum erat. At pagos *Sequano-*  
*rum* conterminos *Aedus* dixit Ta-  
 citus in III. Annal. 45. Et *Aedus*  
 plerumq. cum diphth. in scripro-  
 ribus & lapidibus scribuntur. At  
 Plinianam scripturam cum H hic  
 lapis firmabit, qui G in locum  
 aspirationis substituit.

*vel quāndiu Sol est. Et SVB NOCTE ait esse IN nocte,*  
*Cui simile est illud Tertull. de Anima cap. 48. Certiora &*  
*colatiora somniari affirmant sub extimis noctibus.* Accedit  
*quod illud unum V. Aen. SVB IPSO, quod modo pro-*  
*duxī, quod Servius exponit Post ipsum non temporis est, sed*  
*potius loci. At Corn. Celsi loca duo & cum sexto casu sunt,*  
*& formulam nostram in usu particulae SVB proxime imitan-*  
*tur. Sic igitur Romanus Hippocrates III 13. Omnibus vero*  
*sic affectis somnus & difficilis, & praeципue necessarius est: SVB*  
*HOC (somno) enim pleriq. sanescunt. Idem V. 26. Plurimiq.*  
*SVB FRIGIDO SUDORE moriuntur. Quibus adde & illud*  
*Ovid. V. met. 62. Exhalantem sub acerbo pulvere vitam. Et*  
*hoc alterum Lucani V. 364. Trenquist saeva sub voce minontis*  
*vulgas iners. Et illud Hor. in I. serm. 9. At m. Sub cultro*  
*linquit. Cui concinit Tertull. Apolog. c. 8 ubi infanticidii ca-*  
*lumniam diluit: Insans... qui nesciat mortem, qui sub cul-*  
*tro tuo rideat. Ibid. Ultra perire malint, quam sub tali con-*  
*scientia vivere. Ejusd. Apol. c. 35: Omnes illi (Romani) sub*  
*ipsa usque impietatis eruptione ( i. e. quāndiu erumperebat*  
*conjuratio ) & sacra faciebant pro salute imperatoris, &*  
*genium ejus dejerabānt. Nec Graeci aliter. Hom. οὐ πλέον*  
*εγαδέντες sub plagis concitati. οὐπό δει τοτεις &c. In quibus aliisq.*  
*pluribus TPO & SVB est QVAMDIV.*

Maneat ergo, hanc solam alteram formulae significan-  
tiā videri veram, ut SVB ASCIA idem sit quod QVAMDIV  
ASCIAE usus erat; uti quum nos vulgo dicimus, *Sotto l' Asciamarro*, aut vero *Sotto la Cucciaja* (quae duo sunt hodie  
primaria hujus artis instrumenta) effēsi incegnato (quod  
apud nos respondet τῷ Augustini Encaeniare) il tale edifici.  
Id enim, eo nos dicit, ut tantisper dum struxit, usui dic-  
tum intelligamus: nisi sicubi id locutionis genus ναράρη-  
χη usurpetur, ut SVB ASCIA, idem sit ac ferme sub ascis.  
At ab inscriptionibus absunt ὑπερβολαι, omniaq. ἀπλάσια dicuntur.

Nec alia plane notio animo occursat eorum, qui quum  
sciant quid sit *Dedicare*, quid deinde *Ascia* notet, jundim  
porro audiant SVB ASCIA DEDICAVIT. Quod multo etiam  
magis valet in iis inscriptionibus, in quibus paullo aliter for-  
mula illa effertur. Ut apud Grut. 564. 10. (quam dedi sup.  
pag. 32. 2.) post totam inscriptionis sententiam absolutam,  
separatim additur; SVB. ASCIA. DEDICATVM, EST. Item  
apud

apud Grut. 709. 5. & apud Grafforum sup. pag. 11. HOC.SAX.  
 (263) SVB. ASC. DED. EST. Adhaec apud Reinesium XII.  
 112. CONSVMMATVM. (h.e. dedicatum) HOC. OPVS. SVB.  
 ASCIA. EST. Postremo & illud apud Menetrierium sup. pag.  
 27. HAEC. OMNIA. SVB. ASCIA. DEDICAVIT. Quae ita à  
 trita consuetudine deflectunt, ut tamen prae se aperte ferant,  
 & SVB idem esse, ac in ipso actu, & dum seruet opus. Alio-  
 qui quo illa adnotatio sejunctim posita: *Hoc monuuentum sub*  
*ascia (h. e. post fabricam) dedicatum est?* Quid habet hoc sin-  
 gulare, ut de eo tanta sedulo, & sejunctim monendus sit via-  
 tor? quasi vero non omnibus sepulcris id usuveniret, ut  
 post desitam fabricam tandem usui dicentur. At responderet  
 Masseius id honorificum fuisse, in novo sepulcro condi. Fa-  
 teor. Sed id verum erit, quum mortuus per sui illationem  
*sub ascia dedicare* monumentum dicitur h. e. in novum se-  
 pulcrum inferri; vel superstes mortuo *sub ascia dedicat* illum  
 inferendo. At ubi sejunctim de monumento dicitur HOC.SVB.  
 ASC. DED. EST, nonne vides, de sepulcro narrari, non de  
 mortuo? quasi si dicatur: Scito, mi viator, hoc sepulcrum  
*encaeniatum* fuisse post quam jam esset absolutum. Atqui id  
 adnotasse, sulta erat diligentia.

Postremo si istud SVB adhuc POST interpretari pergis;  
 aegre aut nullo modo rationem afferes, cur Lugduni & in  
*meadow*, ubi ita sollemnisi ea formula erat, ut minime li-  
 cuisse suspicer eam omittere in iis titulis, ubi illi locus erat;  
 tamen non ita multa numero (264) sint elogia, in quibus ea  
 deprehenditur, prae illorum infinita multitudine, a quibus  
 abest.

(263) Ea inscriptio sic habet  
 apud Grut. 709. 5. (apud quem est  
 correctior, quam in Graffero sup.  
 pag. 12.) Viennae Allobrogum:  
 D. M \* TITIAE. CATIAE. DE-  
 FVNCT \* ANNORVM. XIII. M.  
 V. D. VIII \* CATIA. BVLGATE.  
 FIL. PISSIMAE \* ET. SIBI.  
 VIVAE. POSVIT \* HOC. SAX.  
 SVB. ASC. DED. EST. A Scali-  
 gerio & Verderio (quorum judicium  
 neminem poenitent) Gruterus ha-  
 buit. Quorum haec adnotatio spe-  
 ciet, si intelliget, qui conferre  
 haec voluerit cum initio pag. 136.  
 sup. Ceterum SAXum, quod hec  
*sub ascia dedicatur*, aut est arca

lapidea, aut cippus sepulcralis in  
 aera modum conformato (ut sup.  
 apud Mabill. p. 46. ARAM. PO-  
 SVIT. ET. SVB. ASCIA. D.)  
 aut fort. monumentum e faxo  
 constructum.

(264) Aeneus sup. pag. 48.  
 nun. 2. hanc formulam in quin-  
 quaginta Gruterianis elogis repe-  
 niri tellatur. Fac, praeter Grute-  
 riana esse alia totidem Gruterio  
 incognita. Ita vix centum hujus-  
 modi epigrammata recentere lice-  
 bit. Fac porro sint duplo plura.  
 Quid haec ad inscriptionum *X-*  
*Kidag*, quarum ille Galliarum  
 tractus est seracissimus?

abest. Atqui si SVB notat POST; nusquam ea abesset; quia  
hec omnibus conditoris commune erat, ut postquam essent  
absoluta, tandem aliquando usui dicarentur. Nunc si SVB  
interpretare, quamdiu sepulcro adlaboratur; quia rarius id  
accidit, ut inter operarum ministeria reliquiae ibi condantur;  
idecirco & rariora sunt ea elogia cum adjecta formula. Atque  
haec de interpretatione altera.

His porro intellectis, ea quae ad priorem firmandam in-  
telligentiam attulimus, partim jam supra diluimus, partim  
facili negotio refelluntur. Ut monumentum *Virei Laurenti-*  
*ni* ab ipso quidem Laurentino factum dicitur, sed absolu-  
tum non dieitur. Ergo parentes ante desitam fabricam mor-  
tuos, filius COLLOCAVIT. ET. SVB. ASCIA. DEDICAVIT.  
Illud alterum Gudianum AD ASCIAM DEDICATVM, non  
video quid impedit, quominus intelligatur inter ipsa opera-  
rum ministeria dedicatum. Postremo de monumento CHRISTI  
Servatoris olim dubitaveram, utrum dicendum fuerit SVB  
ASC. DEDICATVM: vide me sup. pag. 91. & ibi antiquam  
adnotationem LII. novamque 115. Sed quando jam SVB  
ASCIA non aliud esse, quam quamdiu exstruitur, liquido de-  
monstravi; hinc ejus quaeſtiunculae solutio prono alveo fluit  
ac statuendum, formulae illi in CHRISTI monumento locum  
non esse. Atque haec formulae, aenigmatis falso suspectae,  
explanatio esto.

## I I.

In quem finem Dedicatio sub ascia sedulo adnotata in mo-  
numbris fuerit. Difficile Ulpiani responsum, aliae-  
que plures tum leges, tum inscriptiones  
illustrantur: nonnullae &  
emendantur.

Accedo nunc, TANVCCI doctissime, ad id, quod re-  
vera in hac clausula est ~~aliquam~~: cur de eo monere Lugdu-  
nensis in mentem venerit, nim. illud monumentum fuisse  
sub ascia ded., sive dum adhuc exstrueretur, fuisse illatas re-  
liquias; CVI id BONO? Plane fateor, diu me torsisse Catha-  
num istud interrogatum: ut qui videret truci vultu ipsum  
Cassium carmen ingratum illud dies noctesque mihi insulsa-  
xantem andire. Ergo eo tota difficultas reddit, cur id notan-  
dum antiqui duxerint. Nam in sepulcro non adhuc absolute  
condi

condi, erat quidem minus usitatum; at singulare quiddam non erat, ut sedulo enotaretur, usque etiam instrumentum stritorium, fabricae symbolum, insculperetur; aut ut in quibusdam aliis in Gallia & extra Gallias epitaphiis titulis saltet stritoria Ascia ( tamquam formulae vicaria ) cælaretur. Haec inquam de nihilo esse, ultro nego. Subest enim vero aliqua occultior causa, quam in aperto ponere non est cuiusvis ingenii.

Sed tamen quum nondum animatum responderem; consulti que ad Romanas leges sepulcrales attentius intuendas. Ac reperi præceteris unam, ut mihi quidem videbatur, ~~magistrorum~~. Ea est l. 5. D. de mort. inferend. ubi Ulpianus lib. 1. opinionum ait: *Si in eo monumento, quod imperfectum est dicitur, reliquiae hominis conditae sunt; nihil impedit, quos sineas id perficiatur.* Sed si religiosus locus jam factus sit, possit explorare debet, quatenus, salutis religione, desiderio reficiendi operis medendum sit.

Atque heic, BERNARDE optime, vereor, ne in eo, quod hanc legem ~~magistrorum~~ appellavi, juris antistitibus ludibrium debeam. Quid enim in ea aut difficultatis aut mysterii subest? At quidem, Vir magne, illos non moror, qui præpostera ratione in abstrusis difficultatem non sentiunt, deinde ibi, ~~etiam~~ communiceuntur, ubi minima est omnium. Nam mihi contra, ut in speciem non ardua ea lex videtur; ita in recessu præficeret nescio quid retrusoris doctrinae; quam sic quasi per rimulas ostentat, non etiam pandit; nisi vero iis, qui quasdam alias prænotiones in antecessum animo comprehensas habeant. Ut ecce in recitata *lege* quid prima verba volunt, *In eo monumento, quod imperfectum est dicitur?* Novi prudentes iuris illes molesta usque breviloquentia occidere; quunc iste morosa circuitione enecat. An non enim brevius & concinnius dixisset, *In monumento imperfecto?* Deinde cum particula adversativa subsungit: *Sed si religiosus locus jam factus sit.* Atqui quid hoc diversi a priore periocha habet? nam statim ac in monumento illo imperfecto reliquiae hominis conditae sunt, id certe religiosum evasit, uti copiose cap. 1. demonstravimus. Postremo quid & illud mysterii est? Quatenus desiderio *REFICIENDI* operis *medendum* sit. Monumentum illud *imperfectum* appellaverat: at imperfecta perfici amant, non autem refici: quod posterius de perfectis dicitur, ubi fac-

tiscere incipientia ; refectione opus habent . Hoc , mi Ulpia-  
ne , tute docuisti ( I . 3 . D . De itin . actuq . priv . § . 15 . ubi ait :  
**REFICERE** sic accipimus , ad pristinam formam . . . reducere . . .  
aliud est enim reficere , longe aliud facere ) & hoc vel ii sciunt ,  
qui nondum aere lavantur . Nolo heic autem quemquam do-  
ctissimorum antecessorum juveniliter lacerare , atque in eo-  
rum ( 265 ) adnotatis referendis tempus conterere : nec gemit-  
no bellum Trojanum ab ovo ordiar , sed in medias res , ut ille  
praeccipiehat , lectorem rapio .

Ac

( 265 ) Instar omnium sit Antonius Faber , majorum gentium juriscomitus , quo nemo , quod  
sciam , copiosius in hanc legem  
scripsit . Is in *Ratione ad Pand.*  
post rationem dubitandi , sic ratio-  
nem decidendi proponit . Ad decus  
et dignitatem religionis pertinet ,  
ut invicata monumenta , sive ante  
sive post illationem mortui per-  
sistant . Neque in eam rem au-  
pontificum , aut principis . . . au-  
toritate nulla opus est . Religionis  
iquid inter se , monumenta ex-  
sistunt , & exponunt . Non paucum  
autem . . . si non sine perfecta . Nec  
quid in loco sacro vel religioso al-  
iquid fieri prohibitum est , perfectio-  
num banc impeditur potest . Non enim  
id pertinet ad hoc , quod ornamenti  
causat . sed quod deformitatis vel  
inconmodi .

Ex quibus vides quid in priore  
specie Faber existimat . Putavit  
tunc monumentum illud quod non  
absolutum dicitur , latim post reli-  
guariorum illatione in evanescere religio-  
sum ; et tamen sine permisso principis  
aut pontifici perfici licuisse . Parum  
scire . Nam si religiosum evaserat ,  
jam incepatur ad pontificum no-  
tionem pertinere , eoque sine eo-  
rum permisso perfici non licet .  
Quum ergo in scissis illis perfici po-  
tuerit , argumento id eit , sic illa-  
tas fuisse reliquias , ut tamen lo-  
cus religiosus non evaserit .

Pergit autem vir acutissimus  
ad speciem alteram . As if locus jam  
religiosus factus omnino perfectus  
sit , & tamen de eo reficiendo tra-  
clarandum sit , quod . . . casu collapsum

suerit , aut aliter corruptum ; im-  
pioranda est pontificum auctoritas ,  
ut salva religione , & ex eorum au-  
toritate restituatur monumentum ,  
i.e. es invictis reliquias , ut explicat  
I. sepulcri 7 . D . de sepul. viol . Et  
ita posterior pars iugis legis intelligenda est , quomodo bene ab Accursio  
explicatur in illis verbis . Sed si re-  
ligiosus locus jam FACTVS sit :  
IDEST , inquit , PERFECTVS .  
Non enim ait Ulpianus . Si locus jam  
factus sit religiosus , quod unque  
sit per solam illationem mortui , sed  
Si religiosus locus jam FACTVS  
sit : eod sensu , ac si scriptum es-  
set . Si locus jam factus religiosus  
jam perfectus sit . Ut opponatur  
monumentum imperfectum perfe-  
cto , non autem monumentum non  
religiosum religioso .

Et heic vides in Accursii ex-  
positione acquiescisse virtutem doctissi-  
ut in verbis Ulpiani , Sed si religio-  
sus locus jam factus sit , & FA-  
CTVS idem sit quod PERFECTVS .  
Verum ut Accursiana interpretatione ,  
ut illis temporibus , ingeniosa fuerit ,  
ab eo tamen longe absit , ut  
vera sit . Ac nemo non videt .  
Sed si religiosus locus jam FACTVS  
sit idem esse , ac si religiosus eva-  
serit . Ex quo recte colligitur in  
priore specie supponi , monumen-  
tum , etiam post illatas reliquias ,  
religiosum non evasisse . Deinde fa-  
cere non idem est ac perficere . Cu-  
mam inchoanti opus hoc neget , quin  
factus ? quod alius deum ultimam  
ei manum imponens , non tam  
facere illud dicitur , quam perficere .  
Aut si prior non factus , posterior  
multo

Ac primum ex propositis tribus difficultatibus, ea quam secundo loco posui, levissima est omnium: a qua proinde incipendum duco. Nam profecto quum Ulpianus ait, *Sed si religiosus locus jam factus sit, praes se a perte ostendit, potuisse sepulcrum, etiam post reliquiarum illationem, non religiosum evadere.* Quo id pacto? nimur quia, quod supra cap. i. pag. 141. & seq. multa in eam sententiam disputavimus, ut sola reliquiarum illatione sepultra religiosa, imo etiam (uti quidem passim appellabant) *sacra fieri, ostenderemus;* id cum hoc temperamento est capendum, modo cadaver in monumento, tamquam in destinata sibi sede, ac *dome aeterna* (quod loquendi genus est in elogis obvium) conderetur. Nam ceteroqui si alicubi magis temporis gratia deponebatur, quam ut in aeterna sede collocaretur, manebat locus profanus, ut ait Paulus mox producendus; nam praefstat a Marciano ordi-

ri.

multo minus. *F. Provinciae titulata in sequentibus in medium asseram, quae FECISSE SIBI dicuntur monumentum, quod tantum inchoaverat.* Adhaec in omnibus ferine sepulcrorum sub ascia dedicatorum elogii, is qui *sub ascia* (h.e.dum adhuc extirpatur) *dedicatus*, simul fecisse aut FACIENDVM curasse dicitur. Verum quid multis opus est? quum omnino *Facere a perficiendo plus, quam aer a Iupi-* nis, dister. Et, ut nihil interfuerit, putamusne Ulpianum sic voluisse lectori illudere, dum ibi *FACTVS pro' PERFECTVS accipi*, ubi omnes docti juxta arque andocti *EVADFNDI* notionem perfectiscunt? Putamusne *Perfectum non perfectio* voluisse opponi, ubi omnes *religiosum non religioso* opponi intelligunt? Sei reliqua Fabri audiamus.

*Quemadmodum etiam opponitur perfectio refectio; si sine pontificum auctoritate perfecti monumentum possit, refici non possit: quia dicit etiam religiosis inter se, monumentum refici, non minus sere quam perfecti; ubi tamen simul perfectum est, ad pontificum curam pertinere incipit: ubi tamen incoauimus*

*obavit &c. Quae, pace viri summi, sunt mera verba; sed nuclei nihil. Re enim vera sepulcrum statim ac religiosa evasere, ad pontificum curam pertinebant. Quare si in priore specie per corporis illationem vis locum religiosum evasisse; omnis de eo disceptatio pontificum notioris erat. Nunc quia inconfutis pontificibus monumentum perficitur; id argumento est, aliquid fuisse causae, cur religiosum non evaserit. Quae causa mox aperietur; sicuti etiam quid sit *Rescien- di desiderium*.*

Possem heic, si cavillandi libido esset, cum Fabro sic agere, ut quod ille sepultra imperfecta perfici sine pontificum notione dixit, idem ego de refectio ostenderem. Ut ecce Marcianus l. 7. de *factu viol.* ait: *Corruptum & lapsum monumentum corporibus non contactis licet reficere. Sed ulcisci & par pari referre a me longe abesse cupio.* Ut quod res est dicam: Marcianus *LICERE* dixit, at supple cum pontif. permisso coequo non denegando. At heic Ulpianus *PER- FICI* sine permisso posse imperfecta dixit, quippeque adhuc pura atq. profana esse in priore specie fixat.

P. 4

ri. Qui l. 39. D. de religios. (ex lib. 3. Instit.) ait: *Divi fratres editio admonuerunt, ne justae sepulturae traditum, idest (266) terra conditum corpus, inquietetur. Videtur autem terra conditum, et si in arcula conditum hoc animo sit; ut non alibi transferatur. Sed arcuam ipsum, si res (267) exigat in locum commodiorem licere transferre, non est (268) denegandum.* Adhaec Paullus (lib. 3. quaest.) l. 40. tit. eod. sic scriptum reliquit. *Si quis enim eo animo corpus intulerit, quod cogitaverit inde alio postea transferre, magisq. temporis gratia deponere, quam quod ibi sepeliret mortuum, & quasi aeterna sede (269) dare destinaverit, manebit locus profanus.* Ulpia-

ETIUS

(266) *Ne justae sepulturae traditum, idest terra conditum corpus, inquietetur.* Haec sunt verba Edicti divisorum Fratrum, quae expectant, ut ostendat, quod in XII. *Humari aut terra condi dicebatur, id, postquam arcarum ossuariorum columbarior. &c. usus obtinuit, dici consueisse justae sepulturae tradi, quod in locum strictae humationis succedit.* Ergo illud IDEST Edicti, non *hic estas mortuorum* notat, sed in utroque paria jura. At mox Marcius de suo addit: *Videtur autem terra conditum, et si in arcula conditum hoc animo sit, ut non alibi transferatur.* Melius dixisset, in arcula conditum, iustae sepulturae traditum dici; eaque sepulturam tantum habere virium, quantum olim terra conditum. Nam ceteroqui, nisi fallit Plinius, arca conditi, SEPVLTI, non HVMATI, live terra conditi dicendi erant. Plin. VII. 54. SEPVLTVS vero intelligatur quoque modo conditus; HVMATVS vero dum coniectus. At Gothofr. heic aliter distinguis, non persuadet.

(267) *Sed arcuam ipsum si res exigat, in locum commodiorem licere transferre.* Causas hujus translationis recenset Paullus in I. sent. XXI. §. I. *Ob incursum, inquit, fluminis, vel metum (fluminis ne incursuri, an hostium sepulcra incertantum?) sollemibus redditis sacrificiis, per noctem in aliud locum transferri posset.* Coges l. 2. C. de

relig. & sumpt. ubi Antonin. Aug. vi fluminis alias iustas causas addit. Confer etiam Plinium X. epist. 78. *Aus, inquit, proper injuriam vestitatis, (en novam a Plinio causam) aut proper fluminis incursum, atque his similia quaecunque.* Cui sic respondet Trajanus, ut eas causas ratas habeat.

(268) *In locum commodiorem licere transferre, non est denegandum.* Si dixisset NEGANDVM, pertineret id verbum ad exemptionem *ad mortales.* Nunc DENEGANDVM hanc habet vim, ut expectandus quidem sit permisus eorum, quorum de ea re notio est; qui tamen permissus non sit DENEGANDVS. L. 2. C. de Relig. Antonin. Aug. ait: *Si vi fluminis reliquiae filii sui continguntur, vel alia iusta & necessaria causa intervenit: exstimatione rectaris provinciae transferre eas in aliud locum poseris.* Atque hinc patet, cur ad fin. not. 265. in illo Marci LIGET REFICERE subaudiemus cum permisso portis, qui tamen denegandus non esset.

(269) *Ei quasi aeterna sede dare destinaveris.* Alii cotr. Aeternam sedem. Sed videtur scriptis Paullus, Aeternam sedem DEDICARE destinaveris. Illud DEDICARE compendio scriptum erat, aut scil. per solam initialem D; aut vero sic DCARE, ex quo postea ex notarum incisitia factum est Dare. Sicut autem Dedicari signacula sede sua dicebant

cug

nus quoq. (ex lib. XV. ad Edict. Praet.) l. 3. §. 4. D. de sepulcrali viol. sic posuit: *Non perpetuae sepulturae tradita corpora posse transferri*, Edicto Divi Severi continetur &c. Nam quae ibi deinceps sequuntur, ea non huc spectant, sed ad peculiare Edicti Severi (270) *universorum*. Atque hoc illud est, quod ex antiquitus scripto lapide assert Gutherius in II. de Vet. jur. Pont. 9. ET. PRESSVS. NECESSITATE. FICTILI. SARCOPHAGO. CORPORA. COMMENDAVERIM. Quod commendandi verbum ead. natione reperitur l. 14. §. 4. D. de religione. Id in Basilicis dicitur *reponere* i. e. deponere. Confer Cujae. in II. Observ. 17.

Non temere ergo in lege, quam initio exponendam suscepit, Ulpianus excipit, *Sed si religiosus locus jam factus sit.* Nam in priore specie etiam post illationem reliquiarum locus non evaserat religiosus, puta quia temporis causa, & non tamquam in aeternam sedem illatae fuerant. At Accursius & alii illud RELIGIOSVS LOCVS IAM FACTVS SIT aliorum accipientes; vel sic praeter opinionem vera (271) dicunt.

Hac jam difficultate exposita, venio ad primam haud paullo abstrusiorem. Nam sic orditur Jurisconsultus: *Si in eo monumento, quod imperfectum esse dicitur, reliquiae hominis, conditae sunt, nihil impedit quominus id perficiatur.* Errant (272) heic vero certe qui non violari sepulcrorum religionem perfectione aut refectione adnotant. Nam ex sequente altera specie, *Sed si religiosus &c. satis liquido percipitur, priorem hanc esse intelligendam de monumento non religioso, sive in quod etsi mortuus esset illatus, ob eas tamen quas dixi causas, non evaserat.* Ergo de monumento adhuc praefato dixit:

(Quint. decl. 323. Dedicatio est illa, quae Deum inducit, quae se de affirmata locat.) Sic etiam mortui sed aeterna dedicabantur. Praecedens QVASI ostendit, non aliud Pantheum, quam mortuorum, ad instar signorum, dedicationem in mente habuisse.

(270) Nam in Edicto sic ea transladic permittitur, ut tamen primarium Edicti scopus alio tenet, nam ad id, quod ibid. sequitur: *Ne corpora desinerentur, aut decesserent, ne prohiberentur per territorio oppidorum transferri.*

(271) Accurs. Faber, Gothof.

alii illud *religiosus locus jam factus sit* duobus verbis committant. IUSTI PERFECTVS (uti sup. not. 265. dictum fuit) verissime si quidem, si *re* PERFECTVS sermone sacrorum, uti mox dicetur, acceptissim, i.e. pro *inchoato ac religioso*. Nunc quia id de fabrica ab aliata intelligunt, toro caelo errant.

(272) Drusy, Gothof. ad priorem legis patriciam sic adnotat. Non enim in eis sepulcrum violari perfectione aut refectione, sicut id recipiat vel etiam perficiat. In quo neq. pes neq. caput. Et saltem reficiens permisum illicitum voluit Fab.

dixit : Nihil impedit ; quominus perficiatur . Jam vero quo illa circuitio plena molestiae ? In eo , inquit , monumento , quod imperfectum esse dicitur ? qui poterat uno verbo absolve-re , In monunzento imperfecto . Aut cur Imperfectum dicitur ? an non re ipsa erat ? Ego vero re melius examinata , adeo nul-lam circuitionem heic reperio , ut contra Jurisconsulti θεωρίαν satis mirari non possim . Quando haec Ulpianus scribe-bat , nemo ignorabat , quid esset in re sepulcrali Perfectum , quidve Imperfectum : nunc quia penitiores Romani sermonis recessus ignoramus ; sumiam proprietatem , ineptias & dux-eολογίας nuncupamus . Sed bene est quod Servius a me paullo superius testis productus ( vide sup. hujus capituli initio ) igno-rrare me non patitur , quid sit in rebus sacris ( quarum ambi-tu etiam sepulcrales veniunt ) PERFICIO . Qui ad illud VI Aen . 252 . Tum Stygio regi nocturnas inchoat aras , notat : IN-CHOAT autem ( est ) PERFICIT : & est verbum sacrorum . Er-ego ; Inchoare , Consummare , Perficere , Dedicare ( sicuti & FVN-GI [273] in Ovidio & legibus ) sunt omnia rei ejusdem synony-ma ; valentque in sacris & sepulcralibus idem quod ἐγκαυτίαν , en-caeniare . Verum non quemcumq. ἐγκαυτίαν notant , sed eum , ex quo res sacra ( nam sumo mihi hoc interim , brevitati flu-dens , ut sepulera non tantum religiosa , sed ex titulorum lo-cutionibus , sacra etiam appellem ) evadebat . Ut ecce focu-lus sive ara , in qua profanus ignis arsisset , aut cui viscera non sacrificalia essent imposita , nec dedicata , nec inchoata , aut perfecta , sive consummata , aut fundita dicebatur ; sicuti nec de monumento , in quo mortuus tantum temporis gratia deponeretur , ullum ex iis vocabulis usurpari poterat . Contra vero , et si non desit fabrica , si perpetuae sepulturae ibi mor-tuus tradebatur ; monumentum tamen omnibus his vocabu-lis appellabatur ; non enim solum dedicatum , inchoatum , funatum , verum etiam consummatum , & perfectum ( prout haec duo verba in sacris sonabant ) dicebatur . Ac nunc denum in-telli-

(273) Memini me ad finem 1. cap. pag. 157. de Pauli FVNCTO monumento h. c. encaenato men-tionem fecisse l. 43. D. de rei vind. Vide ibi locum . Sed tum mihi qui-dem videbatur is locus singularis , & exemplo carens . Nec enim me-mineram Ovidiani pentametri in IV. Falt ; quem supra attuleram

pag. 80. ad finem nor. 97. Fossa re-pleta burro , plenaque imponitur ara ; Et novus accenso PVNGITVR igne focus . Fungitur idem est ac Virgilianum incubatur , & Servii perficitur aut consummatur , dedica-tur , encanatur . Vides utri Naso & jurisconsultus mutua in sibi lu-cem accendant .

telligo quid illa sibi velit, non circuitio, sed nimis profecto  
*λαχωνιός* Ulpiani. Nam ordo verborum hic est: *Si reliquiae  
 hominis conditae sunt in eo monumento, quod (etiam post con-  
 ditas reliquias, tamen adhuc) imperfectum dicitur. cur? du-  
 plici intellectu, tum quia fabrica nondum absoluta erat ( id  
 quod colligitur ex eo quod sequitur, nihil impedit, quominus  
 id perficiatur, quod aperte de fabrica intelligitur) tum quia  
 nondum *Functum & Dedicatum*, quippe tantum temporis causa  
 ossa ibi deposita fuerant, non ut aeterna in sede: eaque de  
 causa **PERFECTVM** (*verbo sacrorum*) dici non poterat; ex  
 quo consequens est, ut ex eodem sermone pontificio **IM-  
 PERFECTVM** diceretur. Eoque spectat illud Ulpiani **DICI-  
 TVR**; *Si in eo monumento, inquit, quod imperfectum esse  
 dicitur, supple sermone sacrorum, qui peculiares verborum  
 usurpationes habebat.**

Prioribus duabus defunctus difficultatibus, antequam  
 ad tertiam transeo, responderendum mihi esse video cuidam  
 argumentationi, quam contra me stulti posse, optime pro-  
 vidit is, quocum hanc Ulpianeae legis explicationem nuper  
 communicavi, vir consultis Nic. Capassus, primarius in  
 Regio Lyceo juris Rori. interpres; cuius, BERNARDE, eru-  
 ditione, elegantia, & ditissima historiae & philologiae penu-  
 tantopere delectaris. Vide, inquit ille, quid ei, Symmache,  
 sis responsurus, qui tecum sic agere de priore Ulpiani specie  
 instituat. Monumentum Ulpianeum idecirco religiosum eva-  
 sisse negas, quia temporis causa reliquiae illatae fuerint, eq.  
 insciis pontificibus perfici licuisse, credis. Atqui *temporis  
 causa reliquias inferre*, quid aliud quaeſo notat, quam eas  
 deinde in aliud sepulcrum esse transferendas? Si porro erant  
 in aliud transferendae; quid perficere illud temporarium in-  
 tererat, in quo non erant perennatae? ergo id ipsum, quod de  
 perficiendo sepulcro in priore specie cura jurisconsulto subit,  
 id, inquam, argumento est, mortuum non *temp. gratia*, sed ut  
 in domum aeternam fuisse illatum; proinde sepulcrum eva-  
 sisse religiosuni. Ego vero, inquam, illud *temporis causa*  
 non tantum de eo mortuo intelligo, qui alicubi ad *tempus*  
 ponitur, in aliud sepulcrum postea transferendus; verum &  
 de eo etiam, qui in sepulcro, quod adhuc sub ascia est, sic  
 temere deponitur, in suo deinde loculo, aut columbario  
 (quod in eod. monumento illi mortuo truendum erat) tam-

quam

quam in sede *eterna* collocandus. Fingamus, quæsto, monum-  
natum, quod erat sub ascia, jam fuisse concameratum,  
quin & ostio ac sera munitum, atque omnino tale, cui mor-  
tuum tuto committas; nihil impediebat, quin *fili* *farco-*  
*phago*, aut rudiori ossuario, *commendatus*, cuilibet ejus mo-  
numenti angulo concrederetur, tantisper dum arca marmo-  
rea, dum cella aut columbarium, dum cetera ad collocan-  
dum mortuum in sede destinata, absolverentur: quibus para-  
tis tum demum ille in eodem illo sepulcro in aeternam qui-  
tem componebatur. Horum prius illud temporis gratiâ dice-  
batur; alterum & *justa* *sive* *perpetua* *sepultura* & *domus* *aeter-  
na*, & *aeterna* *sedes*, & *perpetua* *securitas*, & saepissime  
*quies* *eterna* (tot enim modis, imo & aliis, id in elogii  
appellatur) a qua quiete ortum est *inquietandi* verbum de iis  
usurpatum, qui quoquo modo mortuos aut sepulcra viola-  
sent. Imo illud prius est id, quod in quadam epigrammate  
infra ad finem producendo dicitur SVB ASCIA PONERE: al-  
terum vero est illud tritissimum SVB ASCIA DEDICARE.  
Atque haec Capassi nostri judicio permissa sunt; cui habeo  
gratiam, quod hanc Ulpianae legis interpretationem pro  
sua humanitate adprobarit: quam porro absolutum eo.

Nam ex dictis jam tertiae difficultatis solutio sponte fluit, cur  
in fine responsi, *Reficiendi* verbum usurparit, qui certe *Perfi-  
ciendi* dicere debuisset. Quid autem non mendi id arguimus?  
inquis: nam tantum P addito, sicut *Perficiendi*. Evidem initio de menda suspicabar; sed ut me collegi, perspexi. my-  
sterium; ipse me reprehendi. Sane enim statim ac sepulcrum,  
etsi nondum absolute fabrica, tamen mortuum tamquam in  
domo aeterna recepisset; tum id sermone sacrorum *Perfectum*  
dicebatur. Quid tum vero postea? Si quando permisso ponti-  
ficum fabrica finiebatur, tum vero id non *PERFICI* (quippe  
quod jam sermone pontificio *Perfectum* erat) sed ~~κατ' εὐθυγράφον~~  
*REFICI* dicebatur. Heic erunt, sat scio, quibus haec enim  
vero & deliria, & aegri somnia, & quid non? videhuntur.  
*Sed sine mode.* *Incessanter* tantisper, dum cetera persequentes.  
*Mox* ubi causa dicta fuerit; mirum si ausint hiscere.

Totius ergo Ulpianei responsi series ea est. Si reliquias  
*bominis conditae*, sunt in eo monumento, quod (post illatas re-  
liquias, adhuc) *imperfectum esse* dicitur (quia non *justa* ea se-  
pultura fuisse) *nihil impedit*, quominus id perficiatur (quia  
adhuc

adhuc profanum erat). Sed si (in illa nondum absoluta fabrica, justae sepulturae traditus sit mortuus, ideoque) religiosus locus jam factus sit; pontifices (ad quos de sepulcris notationem jure Romano pertinuisse [274] reperio) explorare debent, quatenus salva (275) religione, desiderio resiciendi (non per-

(274) Notio de sepulcris, Principis aut pontificum erat, ad quos pertinebat de sepulcrisibus exceptionibus cognoscere; quidq. licet, quid secus, definire; quorum praeterea permisso quedam siebant, quae eisdem insciis fieri illicitum habebatur. Huc pertinet illud Ulpiani l. 8. D. de religiosis. Q. s. inquit, quae ab alio illata sunt, vel corpus, an licet domino loci effodere vel eruere sine decreto pontificum. Cui i. c. p. principis.

*E*t propter permissum pontificis principis: atro-  
cum fore actionem ad-  
e. Confer l. 50. in fine  
med. ubi Papinianus  
ut enim stricto iure  
magistrorum actione beredas ad  
dum, tamen princi-  
piali auctoritate com-  
obsequium supremae  
Hinc in scripto Divi  
l. 5. 4. in fine, D. de se-  
dicitur: Quamvis talia  
ortuorum transfectiones  
aut oppidum) fieri sine  
rum, quibus permitte-  
non debeant.

nae quidem pontificalis  
ipatis permisus expe-  
rat. At in provinciis jam  
Trajanii tempora illarum  
sibi arrogant, ut de-  
serent, credo, vice prin-  
cipiat id ex mutuis Plinii  
epitolis. Plinius X. ep.  
Trajanum consulerat: Pe-  
quibusdam, ut sibi reli-  
gium, aut proper insu-  
statis, aut proper au-  
sum &c. SECUNDVM  
LVM PROCONSULVM  
(videlicet, iam ante Trajanum rectores  
cam rationem sibi arrogasse) trans-

ferre permetterem; quia sciebam in  
urbe nostra (Rome scil.) ex ejus-  
modi causis collegium pontificum  
adiri solere; te, Domine, Max-  
Pontificem consulendum putavi,  
quid observare me velis. Cui Tra-  
janus in hunc modum respondit:  
Durum est injungere necessitatem  
provincialis pontificum adeundo-  
rum, si reliquias... transferre ve-  
lent. Sequenda ergo potius tibi exem-  
plia sunt eorum, qui isti provin-  
ciali praefuerunt, & ex causa eti-  
ca aut permisimus.

Obiter heic nota: obvium  
rum urbibus non possunt legibus  
pontificum, quae in eis non  
cognosceret; ideoque in provin-  
cialium, utrumque potius tunc  
admodum esset. Tunc hanc  
necessitatem provinciales ad-  
mit, quam duram posset (durum  
minime futuram. Si in provinciali  
talia collegia sufficiant, penes quae  
notio de sepulcris esset) consentius  
eo solum, si rector adiretur. Id  
quod postea passim in mores indu-  
ctum fuit. Antonius Aug. i. 1.  
E. de relig. ait: Si ut fluminis &c.  
(vide sup. ad finem not. 268) exi-  
stimatione rectoris provinciae trans-  
ferre. . poteris.

De principis permisso exempla  
quaedam vide apud Guckerium in  
II. de vet. iure pont. Sed in exem-  
pli libelli dati imperatori pro im-  
petranda translatione reliquiarum.  
in illis VT. QVANDONE. EGO.  
ESSE. DESIERO &c. corr. QVAN-  
DOQUE pro quandocumque. Multa  
alia ibi partim explicare, partim  
emendare possum. Sed alio nunc est  
properandum.

(275) *Salva religione, h. e.*  
*Solemnibus redditis sacrificis (ut*  
*aut Paulus in I. sent. XXI. §. 1.)*  
*aliisque sorti, piaculis; quae a pon-*  
*tifici.*

perficiendi; quia, et si fabrica finita non erat, tamen sepulcrum Perfectum dialecto pontificali dicebatur) operis medendum sit. Atque heic ne longum faciam, alteram ejusdem Ulpiani legem praefero (ea est l. 6. de condit. insit. ) in qua in eadem re sepulchrali perficiendi verbum usurpatum; sed quo significatu, (276) prope est ut dubitem. Verum quidquid de hoc altero Ulpiani responso fuerit; at possim tamen Plinii

Jun.

perficiibus praescribebantur. Quo spectat Lapis Rom. apud Guther. II. de jure Pont. 9. Reliquiae. iraqetiae. 111. Non. Febr. ex. permisso. collegii. pontificum. piaculo. factio. Aut etiam rō Salvo religione tantumdem est, ac Non contactis corporibus, uti diceret dicitur l. 7. de sepul. viol. ubi Marciannus ait: Corruptum & lapsum monumentum corporibus non contactis licet perficie. At interim Gothofr. hinc rescripti pontificii verba conflat, quod tale fuisse, auguratur: Salvo religione permitto.

(276) Ulpianus (lib. 9. ad Sabinum) l. 6. D. de condit. insit. sic respondit: Siquis ita insitius sit, SI MONUMENTVM POST MORTEM TESTATORIS IN TRIDVO PROXIMO MORTIS EIVS FECISSET: cum monumentum in triduo PERFICI non posse, dicendum erit, conditionem evanescere, quasi impossibilem. Nolo heic arbitrias PERFICIENDI intelligentias venari. Tamen si rō Perficere sensu obvio ab Juris. acceptum, admittimus; ignoratam ab eo Atticam legem fateamur, necesse est. Cic. in II. de Leg. 26. Sed post aliquatu (i. e. post praeced. legem a Solone de non delendis sepulcris &c. prescriptam) iure sancium est, NE QVIS SEPULCRVM FACERET OPEROSVS, QUAM QVOD DECEM HOMINES EFFECERINT TRIDVO. Neque id opere techorio exquirari... licebat &c. Nam si eam legem non ignoravit; cur eam conditionem justissimam honestissimamq; qua operosi monumentorum sumptus recidebantur,

tamquam impossibilem evanescere respondit? Aut cur impossibile dixit, quod ut fieret in sapientis populi lege cautum fuerat? Nolle tam supinam incitiam in tam illostris juris antitite suspicari. Quid ergo cit? An perficiendi verbo retrahorem notionem subiecit, hanc diversam ab ea, quam ex sermone factorum modo in cod. Ulpiano docimus? Quis enim scit, an non aliquid in victoris gentium populi moribus fuerit, cur recens sepulcrum in triduo perfici. & incoari, sive consummari, & dedicari & exauilibus nequiviter; idque conditionem impossibilem effecerit? Nam certe testator non tantum monumentum in triduo fieri, sed & ibi intra idem spatium se sepeliri jufferat. At hoc ultimum fort. mores vertabant aut aliqua nobis incomperita religio. Veluti est illud, quod alicibi Servius assert, olim septem diebus mortuum in aedibus suis fuisse, octavo incendi, nono sepeliri consuevit; ne forte sepulturae traderetur is, qui animam nondum expirasset. Scio equidem nonnum diem interdum non fuisse expectatum. Sed nemo, opinor, quemquam in triduo proximo mortis suae sepultum docebit. Atque ea fortasse causa fuerit, cur triduo PERFICI monumentum requiererit. Aut si cui haec conjectura minus se probaverit; nulla per me mora erit, quo minus heic PERFICIO prioniore significatu intelligatur, non sine tamen Ulpianum decoru, id sciscentis impossibile, cuius olim contrarium fieri Attica lex

Jun. locum producere, quo sepulcrum *imperfectum* (277) ex sermone sacrorum non absurdē exponi posse videatur. Sed majora nunc urgent.

Nam heic vide, TANVCCI amplissime (quem enim nisi Te appellem, qui probe intelligis, quid vetera elogia valeant ad leges enucleandas; contra quam harum deliciarum contemptores sentiunt) sed vide, inquam, quam bene cum exposita modo *l. si in eo* Romanus lapis a Smetio descriptus consentiat. Non ovum oyo similius deprehendes. Exstat ea epigrapha apud Grut. § 19.4. Cum *Ascia* ( quam formulæ dedicationis sub *ascia* vicariam diximus) superne scalpta in hunc modum. Inscriptio vero illa sic habet. FL. PROBINCIA. FECIT.  SIBI \* (supple: & sub *ascia* i. e. in ipso structuræ opere, dedicavit) T. AELIVS. SENTINIANVS. FOR \* COR. ( *Foro Cornelii*) 7. COH. II. VIG. (centurio cohortis secundae Vigilium) PETIT. A: PONTI \* FICES. ( sic) VT. SIBI. PER MIT.

lex vetabat, Imo age, hoc postrius admittatur, modo ne cui ~~garras~~ videar.

(277) Plinius VI. ep. 10. de Virginii Risi, viri numquam satis laudati, sepulcro sic conqueritur. *Libuit etiam monumentum ejus videre, & vidisse poemuit.* Est enim adhuc IMPERFECTVM. Nec difficultas operis in causa, modici, ac patius exigui; sed inertia ejus; cui cura mandata est. Subit indignatio cum miseratione, post dictum mortis annum, reliquias, neglectumque cinerem, sine titulo, sine nomine jacer, cuius memoria orbem terrarum gloria per vagetur. At ille mandaverat. ut . . . inscriberetur: HIC SITVS EST RVFVS. PVLSO QVI VINDICE QVONDAM IMPERIUM ADSERVIT. NON SIBI, SED PATRIAE. Monumentum illud IMPERFECTVM dixit, utraq. notione, tum quia fabrica nondum absoluta erat, tum etiam quia illuc illatus quidem fuerat, sed minime in aeterna sede locatus, & iustae sepulturæ traditus, sed sic temere aliquibi depositus temporis causa. Atque

hoc est, quod indignari videtur Plinius, neglectum cinerem; quasi qui inseptulum dicteret. At si vir ille summus iustae ibi sepulturæ traditus fuisset, sepulcrum jam fuisset perfectum, nec alio, quam refectione indigueret.

Nolo heic omittere celebrem epigraphen Gruterianam 356. *I. M. Antonii. Antii. Lupi . . . cuius memoria. per. vim. oppressi.* ( a Commodo; qui, teite Lampadio, occidit *Antium Lupum*: at in lib. Palatino *Antium* reperi restatur Salmas.) *in. integrum. secundum amplissimi. ordinis. consultum. restituta. est. Sepulbrum. ab. eo. COEPTVM. .... PERFE- CERVNT. affines. &c. Qui utraq. notione perfecerunt, tum absolvendo opus, tum inferendo reliquias, quas ibi in aeterna sede locarunt. Idem esto judicium de Augusto, qui teite Suet. c. 17. *Ambobus (Antonio & Cleopatrae) communem sepulturæ honorem tribuit, ac tuinulum ab ipsis in- cibat (inchoatum), inquit, non sermone factorum, quod esset encipiendum) perfici suffit.**

MITTERENT \* REFICERE. N. (i. e. *novum*) MONVMMENTVM \* IVRIS. SVI. LIB. LIBERTABVSQVE \* SIBI . ET SVIS. POSTERISQVE \* EORVM . Quod dixi *Flav.* *Provinciae* sepulcrum illud primam *dedicasse* , id ex eo patet quia Sentinianus Pontifices interpellavit ; quod necesse non sufficit, nisi jam *dedicato* sepulcro, ac religioso facto, sive *justae sepulturae* eradicato mortuo ( quia tum incipiebat sepulcrum ad pontificum intentionem pertinere ) & quidem *dedicasse sub ascia* , i. e. in ipso fabricat opere: recte: quia id *Afscia*, formulae vicaria, arguit . Quia femina ibi in sede aeterna recepta , quid faceret Sentinianus Flaviae Provinciae sive filius , sive omnia heres ? Fabrica finienda erat ; nec tamen id sine pontificali permisso licebat . Ergo ab his petiti, ut sibi permitterent REFICERE ( non perficere , quia etsi non desit fabrica , tamen propter illatas reliquias nefas erat illud aliter , quam PERFECTVM dicere . Vlpiano ac Servio ad stipulantibus ) N. ( i. e. *novum*) MONVMMENTVM. Atqui hoc inauditum est, inquis, quae *nova* sunt, quamdiu *nova* , ea esse reficienda . Verum in eum modum , quo PERFICERE id nefas erat dici , sed ejus loco REFICERE; sic etiam quia sermone sacrorum *Imperfectum* dici non poterat ( utpote jam PERFECTVM propter justam sepulturam ) hoc unum supererat , ut *Novum* diceretur . Notum est enim, quae adhuc sub structura sunt , ea *Nova* , non vetera appellari.

Jam ut arbitror, non tantum acutum cernentibus, sed vel paullo obtusioribus , aenigmatis hujus nodos omnes spirasq. evolutas atque explicatas , confido . Nam si ex me quaeras , cui bono illa in titulis sepulcri *sub ascia dedicati* sedula commemoratio fuerit , aut certe ejus clausulae loco , asciae icon insculpta ? respondebo , id valuisse , ut intelligeretur , id sepulcrum , et si non finita fabrica , tamen esse jam *Dedicatum* sive *PERFECIVM* , ac proinde religiosum ( id quod ad multa valebat , tum ut IMPERFECTI sepulcri dedecus , quod modo not. 277. Plinius detestatur , abesset ; tum etiam ne quis imprudens sepulcrum illud , quod in speciem imperfectum & profanum videbatur , violaret ) deinde , quia sub ipsa structura dedicatum erat ; non licere illud sine pontificum permisso ad unum illicum perducere : proinde pontifices aut principes interpellari debere . Nisi vero ( sicuti hec a Sentiniano sit diserta mentio pontificii de refiendo t. h.e. absolvendo monum ento permisso ) universe & *Afscia* , & formula ( sicubi est ) tacite per-

te permissionis pontificum index fuerit. Quod ultimum verisimilimum; imo prop̄ verum reor: at certum non praest.

Sed objiciat mihi forte aliquis Guichenonianam inscriptionem a Reinesio XII. 112. productam, in qua illa locutionum ~~exp̄p̄sa~~ parum observata videatur. Esto. quid tum? an ne pontificalis sermo omnibus aut notus, aut in usū erat; praesertim in vicis, ubi ille lapis positus fuisse videtur? qui sic habet: MEMORIAE \* AETERNAE \* RVFIVS. CATULVS \* (non moror heic nominum illum tortorem Reinesium; cui sicuti nullum usp̄iam nominum cognominumq; intactum relinquitur; sic in ea multus est, ut hunc *Rufum* pro *Catulo* SATYRVM appellari jubeat) GVRATOR. NRVII. (Reinesius latere in NRVII putat KALENDARI: esto) VIVVS \* SIBI. ET. RVFFIANO. ET. RVF. ( *Rufas* ) PVPAE \* ET RVFIAE. SAGIRIATAE. FIL. DEFVNCTAE. ANNOR. XXII. \* AEDICIAM ( male Reinesius mutat in AEDIFICIVM; nam in lapide fuisse AEDICLAM pro aediculam [ead. forma, quae SECVRICLA pro securicula &c.] plane spondeo: Et saepe in marmoribus ferme ut I sine supina lineola scalpitur; quae & deteri potuit ) CVM. VINEA. ET. MVRIS. AD. OPVS \* CONSVMMANDVM. ET. AD. TVTELAM. EIVS. ET. AD. CENAM \* OMNIBVS. RICONTIS. ( Reinesius hoc resingit in INCOLIS: non probō: MVNICIPIB; aut COLONIS, si urbs erat, dictum esset: nunc vicus fuisse videtur, & VICANIS aut potius VICANEIS in fugientibus lapidis litteris erat legendum ) PONENDAM. XI. FIN. PERPET \* ( Reinesius mutat KL. F. IN PERPET: proprius a vero abest XI. K.F.i.e.XI.Kal. Feb. IN. PERPET.) SICVTI. ET. RVDECAM. I. O. (i.e. ridicam. in opus) CONSVMMATVM. HOC. OPVS \* SVB. ASCIA! EST \* HAEC. O. S. E. H. N.S. Ultima Reinesio significant: Haec ollarum schola extraneum heredem non sequitur. Sed malo: Haec omnia suis; extraneum heredem non sequuntur. Versus antep. RVDECAM non nego videri esse Ridicam, quod venit a Rudis: sed In opus vineae (quod vult Reinesi.) usū futuram, pernego; malo I. O. h. e. in opus monumenti absolvendum. Ergo Rudcae seu Ridicæ vocabulo non vitium pedamenta heic intellige, sed tigna necessaria ad aedificium. Atque haec de tituli haud facillimi intelligentia. Sed aliquem, puto, offendet, quod scribitur AD. OPVS. CONSVMMANDVM: quam, si superiora illa vera sint, scribendum fuisse

Q

sea

set REFICIENDVM. Verum sicut in pagis ea locutionum pontificalium minus observata fuerit, id non me acre habet. Sed ne hac quidem response magnopere indigeo. Nam OPVS fabricae CONSVMMANDVM, dicere sibi licuisse putavit epigrammatis auctor, antequam CONSVMMATVM jani opus SVB ASCIA dixisset. Post hanc vero formulam, si iterum de absolvenda fabrica sermo fuisset; tum eum porro dictum fuisse credo, REFICIENDVM, non CONSVMMANDVM.

Opponat fort. alius illud SVB ASC. POSVIT ( vide extrema Muratorii sup. pag. 129. ) quod POSVIT aliud certe significat a supra exposito DEDICAVIT. Ea est Nemauensis inscriptio apud Grut. 760. 3, quae talis est: D. M.<sup>\*</sup> ( in medio singularium D. M. ascia Gruteriana scalpitur ) SEXTI. AVII<sup>\*</sup> CAPELLIANI<sup>\*</sup> LICINIA. FAV<sup>\*</sup> STINA. MARITO<sup>\*</sup> SIBI. MERENTIAS<sup>\*</sup> SEMO<sup>\*</sup> SVB. ASC. POSVIT. En quod alibi est *Dedicavit sub ascia*, heic dicitur POSVIT: ex quo primum colligitur DEDICAVIT donum idem esse quod ~~ex~~ <sup>in</sup> *ascia posuit*: deinde & cetera sponte ruunt. Atqui si sic se res habet; quid igitur fentis? Faustinam ne marito interpretaris posuisse ( i. e. exstruxisse ) *sub ascia* monumentum? Singulariter hoc, credo, huic sepulcro fuit, ut asciae ministerio construeretur; nam, opinor, cetera stylo scriptorio, aut dentiscalpicio firmebantur. Sed ineptissimum fore puto, quisquis illud POSVIT, ad dativum D. M. SEXTI. AVII replerit ( 278 ) quem contra post illud MERENTISSIMO terminanda sit prius sententia, atque ibi pausandum sit. Deinde nova periodus sejundum procedit in hunc modum: SVB. ASC. POSVIT. Quid posuit? non monumentum, quod non poterat non ascia ponni, sed maritum mortuum posuit *sub ascia* i. e. interdum firmaretur monumentum. Cur autem scriptum est POSVIT pro DEDICAVIT? an ideo, quia non iusta ibi sepultura maritem donavit, sed temporis gratia, alieni illum depositum, postea in suo loculo ( adhuc struendo) tamquam in fede aeter-

na

( 278 ) Siquis tamen in eo persisteret velit, ut *POSVIT* venire ad dativum D. M. SEXTI AVII dicitur, referendum putes, non aliis hoc tucri possit, quam si sic interpretetur: *POSVIT SVB*

ASCIA i. e. sub simbolo Asciae; ad notandum scil. id nomine, quod ascia notabatur; nim. fuisse illud sepulcrum inter structuræ opus dedicatum & scieris, quae supra tegi.

na illum collocaturā : eoque interim abstinuit verbo *dedicavit*? Sic prorsus existimo. Nam poterat, credo, arcula intra monumenti ambitum principio sic temere & cuivis angulo commendari, in honestiorem mox ejusdem monumenti locum, tamquam sedem aeternam, transferenda. Quorum prius erat ponere, alterum *dedicare*. Confer quae in hac sententiam disputavi sup. pag. 236. ad finem expositionis Ulpianeae L. si in eo. quae ex hoc titulo mire illustrantur. Omnino difficile est omnes sepulcrales verborum notiones, deficientibus libris pontificalibus, sepulcrorumque iuribus, certo statuere. Interim, dum alius meliora docebit, non dubitabo, tē POSVIT heic, *aviewde rō*  
**DEDICAVIT**; ut illud temporis *gratia* mortuum sub *ascia* possumus suisse notet, non ut in *sede aeterna*; contra vero  
**DEDICAVIT** imbibitam habeat *Domus aeternae* significantiam; quae & diserte exprimitur in titulo (quem vide mox not. 279.) SVB. ASCIA. DEDIC. DOM VI. AETERNAE. Postremo utut illud POSVIT accipias (quod certe aliter, ac dixi, non est accipendum) nihil inde impendebit periculi.

Ceterum non est dubium, quin, ubi clausula verbis consuetis illis exprimitur, SVB ASCIA DEDICAVIT; non licet, nisi de justa sepultura, domoque aeterna intelligere; nam si cuti Quintilianus Decl. 323. de templis ac simulacris dicebat, *Dedicatio est illa, quae deum inducit, quae sede destinata locat*. (ut omissam quae plura in Diatr. de Dedic. dixi in eam sententiam, nim. *Simulaci Dediicationem*, non aliud esse quam ejusdem *collocationem* in destinata sede) sic etiam in sepulcris *Dedicatio* non est aliud, quam mortuum in sede destinata, ac tamquam in suo delubro collocare. Nolo heic ad dedications templorum Christianorum digredi, quae *collocatione reliquiarum* alicujus martyris in sede destinata perficiebantur, ut palam est antiquos patres evolventibus. Nam antiquam, atque omnibus insitam *Dediicationis* notionem non erat cur Christiani in aliam significationem mutarent. Veruni his missis, ne sacra profanis misceantur: ut sparsim dicta in pauca contraham; non est dubium quin SVB ASCIA DEDICAVIT tria complectatur: primum inter ipsum structuae opus, mortuum ibi collocatum suisse: deinde (quae vis est verbi **DEDICO**) ut in sede aeterna, suisse collocatum, id quod. & in quadam inscriptione (279) diserte exprimitur, SVB. ASCIA.

DE

(279) Ea est Lugdunensis epigraphae apud Menetrierium lib. 10. Hilf.

**DEDIC. DOMVI. AETERNAE;** ac proinde & perfectum & reli-  
giosum, ac nulli violandum evasisse: postremo & asciae sculptu-  
ra, & ipsa formulâ moneri, opus esse pontificio aut principali  
permisum, ut monumentum illud REFICIATVR (h.e. finia-  
tur) eumque permisum sive impetrandum esse, sive verius  
(id quod Sentiniani inscriptio innuit) jam fuisse impetratum.

## III.

*Cur ea formula Lugdunensem & vicinam  
peculiaris fuerit.*

Jam, Vir Amplissime, significatione prius, tum & eas-  
ia formulæ hujus ex spissiore vetustatis caligine eritis, puta-  
bam nihil reliqui fore, nisi ut receptui canerem: quem ce-  
re meus ille Eusebius, Seraus noster, & ex amicis alii, ter-  
tio me certaminai opponunt. Quæblerunt ex me illi, sequid  
caulae reperirent, tur Galli tantum, præcipue Lugdunen-  
ses, eam formulam userant. Quibus ego, vetus est, in-  
quam, quaestio, cui non aliter se respondere posse spera-  
rant exsisteret, quam si de antiquorum in ea re silentio  
expostularent. Quasi vero id umquam scriptores laborarint,  
ut quæ in usu quotidiano fierent, ac nemini obscura essent,  
ea sedulo pandere postertati fatagerent. At equidem in Edi-  
cio provinciali, sicubi id hodie exsisteret, hujus formulæ  
causam Galli peculiaris quaerendam fuisse reor. Quod quia  
minusquam est; frustra erit, ut quisquam se augurando fatiget.

Verum ne prorsus detrectasse operam amicis videar; age  
quaestionis hujus exta inspiciamus, & siquid in augurali di-  
sciplina opus est, id afferre ne gravemur. Nusquam magis,  
quam in Lugdunensi provincia sepulcra a violatoribus ince-  
cta fuisse, ea maxime, quae, quia non absoluti operis ef-  
fent, IMPERFECTA h.e. non dedicata & vacanta (280)  
corporum credent. In ea variis modis violatores grassaban-  
tur, præcipue vero mortuos inferendo, ut constat ex cele-  
bri Apollinaris Sidonii (281) epistola 12. lib. III. Eo siebat,

ut

Hir. Lugd. pag. 60. D. M. PRI-  
MVS. EG. ETIANVS. P. PRIMI.  
CVPITI. LIB. QVI. VT. HABE-  
RET. VIVVS. SIBI. POSVIT. ET.  
SUB. ASCIA. DEDIC. DOMVI.  
AETERNAE.

(280) *Vetus sine Sidonii,*

quæcūdide in seq. not.

(281) Celebris & Sidonii  
ep. st. III. i.e. a Menetrio prie-  
deinde ab Aug. relig. Gallor. &c  
opportune in partes vocata. Ea  
sic habet i. Sidonius. Secundo suo  
sequens. dvi modi, præpari i. ~~ut~~ ut

ut actiones, quaecunque (232) de ea re proditae essent, quotidie instituerentur. Multum inde negotii rectori provinciae creabatur. Quid enim? hic propter monumentum juris sui violatum, actione sive judicio in factum experiebatur; ille sic excipiebat, ut dolo malo id se fecisse negaret; ratum scilicet, sepulcrum, quippe nondum desita fabrica, esse IMPERFECTVM, h. e. non dedicatum nec religiosum. Itaque postremo, opinor, aliquis ejus provinciae rector repertus est, qui ut mali stirpem radicibus evelleret, in editi sui pro-

vin-

mulum (et vere tumultum, quia non in monumento strucili, sed in subdividi campo humatus fenerat, more majorum) besterno (prob dolor!) die pene minus profana temeraverat. Sed Deus adiuit, ne nefas tantum perpetrarentur. Campus autem iose dudum refutus tam bastularibus favillis (gentilium proavorum scilicet, nam Sidonii avui, utpote primum in sua familia Christianum, crematum non fuisse pro) quam cadaverios, nullam iam diu scrobem recipiebat: sed tamen collis, tumatis quae superducitur, redierat in pristinam distenta plantiem, pondere rivali seu diuino imbrivum fluxu fidentibus acervis. Quae fuit causa, us locum audirent TANQVAM VACANTEM CORPORVM, bajuli (h. e. vespillones) rastri finebris (quos male Menetr. & Auct. Relig. Gallor. in ascis converterunt, quimi sint non aliud quam ligones, quibus ad scrobem effodiendum bajuli illi utebantur) impiare. Quid plura? iam niger cesper ex viridi, iam supra, antiquum sepulcrum glebae ridentes: quam forte pergens ad Arverniam urbem (cui ubi sepulcrum Apollinaris vicinus fuisse Savoro censuerat, ratus Sidonium Arvernium fuisse: at Sirmondus & Sidonium Lugdunensem fuisse ostendit, & sepulcrum hoc Lugduno proprius admoveat; unde digressus Sidonius in Arverniam urbem zendebat) publicum scelus e supercilio vicini colli asperci, meque agno effuso tam per aquata, quam

per abrupta proripiens, & morte exiguae sic quoque impatiens, arrequam pervenirem, facinus audax prævio clamore compescui. Dum dubitant in crimen reporti, dilabentur anflarent, & superveniens confiteor errorem: supplicia caproxim diffare non potui, sed super senis nostri ipsum operiorum (i. e. arcum humili defossam) torci latrones, quantum sufficere posset superstitionis curae, mortuorum securitatis. Deinde narrat, se statim ex itinere totam rei gestas narrationem ad Sacerdotem suum (quem Patientem episc. Lugdunensem Sirmondus intelligit) prescripsisse, veniam facto postulantem; qui tamen Sidonii iracundiae dedit gloriam.. pronuntians more majorum, reos tantæ temeritatis jure caefos videri. Cetera hujus epistolæ, quæ hinc spectare visa fuerint, infra producentur.

(233) L. I. D. de sepulcr. viol. Praetor ait: Cujus dolo malo se pulcrum violatum esse, dicetur, in eum IN FACTVM iudicium dabo, si ei, ad quem res pertineat, quanti ob eam rem aequum videbitur, condemnurus. Si nemo erit, ad quem pertineat, sive agere noles; qui cumque agere volat, ei centum aureorum actionem dabo. Si plures agere volent; cuius justissima causa esse videbitur; ei agendi potestatem faciam. &c. Et multa passim de hujusmodi iudiciis atque actionibus (quae & criminales & pecuniariae erant) tum hoc titulus, tum pallium in Pandectis.

Q. 2

vincialis eo titulo (283) qui de sepulcro violato aut de sepulcrorum jure erat, proposuerit, ut quicumque monumentum tantisper, dum sub structoris ascia est, inchoarent, sive (ex sermone sacerorum) mortuum ibi justae ac perpetuae sepulturae tradentes, PERFICERENT, ii primum inscriptionem ne omitterent (quam non ornatus causa positam, sed ad sepulcrum (284) omnibus numeris absolvendum pertinuisse conjicio) deinde ea in inscriptione ut adnotarent, se id requietorium SVB ASCIA DEDICASSE, aut certe ut Asciam, ejus rei indicem, scalperent. Ita sane putarunt quotidianis violationibus occurri posse, aut siquid contra fieret, tunc certe quidem dolum malum nulla tergiversatione defendi posse. Id ubi in uno editio propositum semel fuisse, non fuit causa,

(283) De Edicto provinciali  
memini non pauca scripsisse Ezech.  
Spanheimum in Orbe Rom. quem  
cupidi harum rerum adeant. Non  
animis autem provinciale in titu-  
los distinctum fuisse, sensu, quam  
urbicuum. De hoc antem fidem sa-  
ciant capituli inscriptions in Cai-  
libris ad Edictum urbicum, ut ad  
editum Praei. Urb. titulo de pe-  
naliatoribus: sic titulo de publicanis,  
de liberali causa, & plura que vi-  
de apud Brilonium in de Verb. sign.  
ubi de Ulpiani aliquor exemplis ag-  
promit.

(284) Vide quae supra pag.  
239. not. 279, de sepulcro Virginis  
Rufi ex Plinio notavimus. Maxi-  
me ob eam causam inscriptione ne-  
cessaria videbatur, ut omnes ex  
ea dignosserent, dedicatae essent  
monumenta, ac preinde religiosa  
nec violanda; an vacanta corpo-  
rum, sive pura ac profana. Sero  
sensit eam necessitatem Apollinaris  
Sidonius, qui proinde post id quod  
acciderat, statim titulus in avi-  
tui sepulcro suspensus composuit.  
Sed ipsum audiire praefiat: sic enim  
apud illum posse, quae not. 283.  
adscriptissimus, sequitur: Sed nequid  
de possente effubis dicat, quos ubi  
exempla vitare debemus; posco ut  
afficiamur . . . vero sumptu restringat in  
modum sparsa congeries (h. c. ut ter-  
ras aggeret) fine tenuis superponit.

menum existat. Sunt MOLIS voca-  
bulum non illiberiter de opere Gau-  
dencis monuosepti intelligere; nisi  
mox Gaudencio pretium lapidi,  
non exiam alicuius fabricae, se reli-  
quie diceret) quam levigata pagi-  
na (marmorea scil. nam intelligit  
cipuum lapidatum tumulo impone-  
dum cum epigrammate a se compo-  
sito) regat. Ego venerabilis Gau-  
dencio reliqui pressum lapidis, op-  
erisque intercedens. Carmen hoc sa-  
ncte proxima feci. non expotum  
credo, quod viae non parvum inventus:  
quod peto ut tabulae... coloris  
indutus. Sed vide, ut vestrum nos  
faciat in marmore lapidica; quod  
ribi magis, quam quadratio, di-  
vidas lector adscriber. Deinde epi-  
taphium ipsum sic incipit.

Seruit post patrum patrumque  
carmen  
Haud indignus avo nopus dicari.  
Ne fors tempore perfunto, viscer,  
ignorans reverentiam septul.  
Tellures reveres inaggerat.  
h. e. compitanato tumulo sequa-  
tam; quod paulo ante evenerat.  
Et heic vides: quo valuerit dicti-  
prio; ad monendum scil. visitatores.  
Iuctum esse religiosum. Tum pogo  
sequitur:

Praefatus jacet beic Apollinaris.  
Post praestri oracula Galbarum  
Adversus patricie fundo recippos.

247

opus ; et id deinde in realitate emittetur : At tu Reddis & reliquo orbo Romano , quia minus usitatum iuramentum erat ; nihil de ea re in Edicto cavebatur . Nam si quando Aficio scalpta visitur , id magis ad privatorum , credo , quorundam suis monumentis consulentium sedilitatem , & Gallicum imitationem est rejicendum , quam ut apud quem super ea re legem cautum esset .

Quoniam vel sicut editio provinciali affiliebat formula sepulcris sub alesia dedicatis inscribenda propositum fuerit ; non repugnabo , quin tamen clausulae elogiis subtexendae considerando factem ad privatorum Galliarum sedularum providentiam sit conferenda , inde ortam quoniam in Gallia , ac praesertim in Lugdunensi provincia alter in alterius sepulcris , quae imperfecta & vacantia corporum putarentur , trumperet , vatis modis violare , & mortuos alienos inferre consuevissent : id quod ex laudata Sidonii epistola perditum est . Neque enim descriptum ab Apollinari sepulcrorum , ut sic appellemus , latrocinium , tunc primum simul ortum , sumus inoleuisse , putandum est . Scimus nationum mores , quales semel fuere , tales post multa saecula , rerumque conversiones perennasse : id quod ex Taciti moribus Germanorum , & ex Caesaris Gallorum institutis , si cum hodiernis conferantur , satis constare arbitror . Et ex his quidem , quae , cur Gallis ea formula popularis fuerit , breviter disputavimus , etiam in universum ei questioni , cui bono ea clausula titulis inscripta fuerit , (quod modo hujus capituli parte altera quaesitum fuit ) lucis trahitum affunditur . Eo scilicet ea clausula (praeter cetera ibi dicta) pertinebat , ut quisque intelligeret , ita sepulcra , quamvis nondum finita , tamen (ex verbo sacerorum) PERFEcta & teliptota esse , & proinde non violanda .

Muto jam illam quaestiunculam , cur in hujusmodi titulis tantum D. M. (385) non autem praesigatur consuetudo

alibi

(386) Nondum enim effigie-  
phen vel unam reperi (pater Fer-  
rariensis , quam ex Ligorio auctor  
Gudius 316. 1. quoniam etiā nominis  
manifestam , tamen infra ad cal-  
cem eam altis inscriptionis . juli-  
anum deponitam ) in quibus sit con-  
suetum initium D. M. S. , sed fer-  
meus certus ostendit D. M. & mem-  
oriarum sui dicit . Quidam que-

ad finem tituli dicitur P. C. ET  
S. A. D. posse curare & sed atri-  
butorum ; quod tecum referunt ad  
Dis Manibus nos ducere . At si hi  
sister Dis Manibus sacrae ; iuxta  
perfecta ibi est sententia . Hinc  
tunc est facilissime endemque verifi-  
cari ratio . Nam certas angustia-  
nes , quas affectu possumus , libatoe pre-  
parare .

33

Sign D. M. Sunt sequa alia sunt in hisce elogis praeter certos  
sunt consuetudinem.

Atque haec sunt, TANVCGI praestantissime, si dū nō  
operidet, si minus, operari possemus. quod in illis, uti patet, requira-  
bas, at certe tamen ~~laetificem~~, quod minime omnium requi-  
rabas. Verum de loquacitate hanc accio excusationem. Ex-  
spectabatur de Germania Franc. Carolus Conradus V. Cl. (is,  
de quo sup<sup>o</sup>, pag. 99. dixi) auditus XXXviratum. Itaque mo-  
gas interim necessarias putavi, quoisque adesse. Nunc quan-  
do semel atque iterum per viatores citatus, non stitit; ter-  
tium hoc jam & ultimum citabitur. Interea vero appendici-  
bus te duabus excrucias**bo** quas dudum in superioribus promis-  
cas, exsolvere vel repugnanti debo; nam vel *per recto jugulum*  
ut ille ait, eas a*te* auscultare hodie necesse est.

### M A T I S S A P R I O R . *De Astia Hippocratica seu chirurgica.*

#### I.

##### *Eius Galenica definitio.*

Quum de *Astia*, TANVCCI praestantissime, statuisse  
nihil omittere eorum, quae apud antiquos reperiisse; par-  
erat, ut & de *Astia Hippocratica* dicerem. Itaque quum in  
*Curorum posteriorum*, quā modo expeditimus, cap. II. locum  
ac dignitatem suam & haec jure suo conservare debuisset;  
quid facit causae, cur inde ejesta huc rejiceretur? Quia  
nisi nomine tenus haec cum prioribus convenit, nec aliud  
*Astiae* habet, praeter similitudinem, & hanc intellectu dif-  
ficilem, nec a quoquam, quod sciām, explicitam. Ergo  
*Hippocrati* primum, deinde *Asclepiadi*, *Galeo* & aliis  
*Sætopos* (286) & *Extrapev* est quoddam vinculi aut deli-

(286) Utroque genere ac ter-  
minatione Graecum hujus fasciae  
vocabulum in Hippocrate reperi-  
tur; ut & τῷ αὐτῷ ἐπένθετο neu-  
trum Στεταρπόν inter vincula re-  
fertur: vide num. 1. at in *de Ar-  
tice*. (vide num. 3.) τοῦτο Στεταρ-  
πόν. Galeno comin. 3. in *De fract.*  
Στεταρπόν & Στεταρπάν usurpatu-  
re: vide num. 2. At in *Exegeli* vocum  
*Hippocr.* Στεταρπόν, alibi in Gale-  
no non agnoscitur utrius sit genetis  
quippe aut quanto casu sing. aut se-  
cundo plur. *Erotianus* in *Collect.*  
gatio-  
voc. Hippocr. masculinum posuit  
sicut & Asclepiades in *Erotiano*.  
At Hesychius effert neutro gen.  
Στεταρπόν, inquit, στεταρπάν ια-  
πων δρουά. Est medicis vinculi  
nomen. Haec eo notavi, ut intel-  
ligatur aevo Hippocratis & deinceps,  
non tantum chirurgicum,  
sed & *maximino* Στεταρπόν utriusq.  
generis suisse. Nec enim qualquam  
est causae, cur *metaporpho* utroq.  
genere usurparetur, *maximino* ve-  
ro neutraliter tantum.

233

gationis genus ; quem Ascia affecto femori , aut aliis fortis partibus ita superdantur , ut Asciam lignariam referant . Eam sic definit Anutius Foësius in Oeconomia Hippoet. pag. 571 . Ad vinculi & deligationis simplicis genus transferunt ( Ad scia ) quod a recta linea ortum ducit , & paulatim ad latum ita flexitur ; ita tamen ut obliquum ( insigniter scilicet ) non sit . Nec modo forme ante hunc Gorraeus ( 287 ) & Eustachius ( 288 ) definierant ; ut post Foësium Scultetus , Castellus , & alii ( 289 ) quas viorum eruditorum definitiones ex Galeno fuisse desumptas , subjecta Galeni loca demonstrabant .

Ego duos hec mihi praecipua video : constitutio vinciuli hujus prius est pernoscenda : deinde & illud inquirendum , quod est difficillimum omnium , in quoniam Asciam medica similis lignariae fuerit . Quae duo antequam aggregentur , Hippocratis , Asclepiadis , Heliodori , Galeni de Ascia chirurgica loca , quaecumque seperi , in medium producenda esse mihi statui .

## II.

Hippocratis , Asclepiadis , Heliodori , Erotiani , Galeni de eadem loca . Obscurus Quintiliiani locus tentatur : quid κλδος Asclepiadi ; quid ονυματόπεδος Galeno sit .

1. Ac primum Hippocrates in de Officina med. ( edit. Foësi. pag. 742 . ) vinculorum genera ( ut inde ordinas ) sic recensuit ( 290 ) Simplex , Circulare , Ascia , Simum , Oculus , Rhom-

( 287 ) Jo. Gorraeus in Definitionibus medicis ( Parisiis 1622 . ) ait : Στεναγμοί . Ascia . Vinculi genus est simplicis apud Hippocr. lib. de offic. Medici , de fractur. & de artic. Est autem brevis circuitus qui rectus incipiens ad latum attrahitur , & inflectitur , sic tamen ut obliquus non sit , desinatque in similitudinem rotunditatis , idest asciae qua fabri uentur . Namque arcuata linea parvum recedens , curvatur ; unde στεναγμοί appellatur , ut annotat Galen. &c.

( 288 ) Bartholomeus Eustachius Sanctoseverinas in Adnot: ad Erotiani collectionem vocum Hippocr. a se primum Latine editam Venet. 1566 . ( cuius , aliorumque talium librorum copiam mihi fecit

vis peregrinus Cyrus de Alterius , cuius domus nostra patrumq. memoria artis Paeoniae principes nostrae civitatis protulit ) in adnot. a Erotiani Στεναγμοί , omnia eadem Hippocratis & Galeni loca afferit , quae deinde Foësius in Oecon.

( 289 ) De Sculcteo & Castello infra dicam . At interim Jo. Bapt. a Lamzweerde in Appendix variior. instrum. chirurg. ad Sculctek Armament. ( Amstel. 1672 . ) pag. 178 . Asciam , variis Hippocratis & aliorum locis simul compostris , sic definit , ut tamen non omnia intellectu videatur . Vide infra in adnotatis ad locum Hippocratis n. 3 .

( 290 ) Hippocr. επ τῷ πεζῷ ινδῶν ( pag. 742 . edit. Foësi. E. ) Tρ

*Rhombus, & Dimidiatus*: Ad quem locum Galenus, sed quisquis est auctor lib. De fasciis, sic adnotat ex Vidii translatione: Ergo vinculi illam speciem, quae simplex est, orbiculari esse necesse est; sed Aescia omnia Sima est. Quae verba non nisi in Auctoris contextu intelliguntur. Adeat, cui tanti est (291); ad alia loca me interim properante.

2. Adhaec Hippocrates lib. de fracturis sic *Aescia* descriptis (292) Convenit a medio (habenarum scilicet notari volo) orfusum, ut per duo capita deligatio procedat, habens circumducere, atque in modum Aesciae decussatim capita immittere. Ad quem locum Galenus sic commentatur comm. III. (293) Est autem Aescia ipse fasciae circuitus, qui cum paullum a recto declinet, & ad latus feratur, nondum tamen obliquus est. Ad Aesciae autem lignarise similitudinem desinens, quod a recta linea paullulum recedens incurvetur: inde Aesciae nomen traxit.

3. Idem medicorum parens in de Articulis (294) placeat enim

Ἄσθεα· ἀπλοῦν· ἔχυκλον· σκέπτηνεν· σφρόν· ὄφθαλμός· βόμβος· τοῖς οὐράνον.

(291) Vult ibi Auctor ostendere: Hippocrati varia (h. e. composita) vincula minime displicuisse; quod ex eo ostendit, quod simplices simul item sit circulare; & Aescia non posuit eadem non solum esse. Simas alibi Galenus appellat, quae insigniter a circulari sive recta recedit, quam contra Aescia paullum deflectat: sed plus & minus, ut aijun, sunt in eodem genere. Ceterum vincluras varias Hippocrati non improbatas fuisse, potuisset et ex altero Cei loco luculentius ostendere, quem mox num. 3. subnominat. At τὸ σφρόν, ut eo redeamus, alia plura significat: interdum enim id, ubi planities cum colle committitur; unde inferiores circa nasum partes σφρόν sunt, & σφρόν, quando nasus complanatur. Praeterea apud Heliодorum infra producendum cavigum habentae, quo gibbo ejusdem opponitur, SIMVM vocatur. Alias acceptiores facio.

(292) Hippocr. in de fracturis. Καὶ εἰ μέσον αρχόμενον, ὁρῶσθαι αρχὴν καὶ πόδην τοις ἐπιστρέψεσθαι.

τοι, περιελάσσειν, κατεπεινούσκεται περιπλασασθεντα τὰς αρχὰς αφίεναι.

(293) Gal. com. 2. in De fracturis. Εἴτε δὲ Σκέπτηνον απὸ περιβολὴν βραχὺ ἔχουσαν (sic legit Foes. in Oeon. pro vulgato βραχιουμένην) ἀπὸ τῆς εὐθείας, τῇ κινημένῃ πρὸς τὸ πλάνον, οὕτως ὡσα λόξη, λήγυσσα (sic quoque legendum pro vulgato λέγεται) ἢ κατὰ τὸ πετρώνον σκέπτηνος, διοτι βραχὺ τὰς βραχίας ἔχουσαν πρὸς πλακατήν, οὕτως ὀνομάζεται.

(294) Hippocr. in de Articis. Επιστρέψειν γένεται ἀπὸ τοις λαθετούσι, καὶ πλείους μὲν Σκέπτηνς ἔχουσι, διαφένεις δὲ καὶ διαλήσας ποικιλότερος τῷ κατοικεῖσθαις. Hunc Hippocratis locum non modo non intellexit, sed & corrupit is, quem modo not. 284. nominavi, Jo. Bapt. a Lam-Weerde, item loco ibi citato in Aesciae definitione sic posuit: *Poniturque (Aescia) inter varios, quod relinquit spatium nudum fascia, ubi spectantur Rhombi variis.* In quibus verbis neque caput neque pes; sed ita tamen, ut appearat, ei modo productum Hippocr.

258

enim vinctura inter ceteras est maxime varia, plurimisque locis Asciam refert, ac relictis aliquot in anibus spatiis, cutendo varie admodum in rhombi formam intercipit. Ibi item Galenus Comm. II. ad eum librum sic adnotatum reliquit (295) Σκέπαρος quidem i.e. Asciam deligationem vocari eam, quae a transversa (h.e. circulari sive recta) parum declinet, antea offendunt est. Διαστήμα vero h.e. interruptiones, intervallo lintorum intermedia appellat. Atque haec sunt Coi sensis, quae reperi, loca, cum Galeni expositionibus collata.

4. Pergo ad alios medicorum filios; quos inter maximis nominis Asclepiades certe fuit; cuius Erotianus pulchram Asciae descriptionem refert. Sed proderit, credo, integrum Erotiani locum afferre in Collectione dictionum Hippocr. (296) *Vincoli*, inquit, genus est & Σκέπαρος i.e. Ascia, quum fascia oblique deligitur. Testatur hoc Asclepiades in Commentario libri de officina medica in haec verba. Est enim Ascia, quando vinculum in se duictum ad instar Graecae litterae X, quodammodo frangitur & angulum facit, quum scilicet rectiblique deligitur.

5. Sed & Heliodori locum, quem Vidus Vidius ad finem libri Galeni de fasciis Latinum dedit, quando Graecum non habeo, heic ex fide Vidii representabo. Sic ergo Heliodorus apud Vidium num. CXXXI. ASCIA. Sribunt, quia hujusmodi junctorum (corr. vinctorum: quod est Celsi vocabulum: nam juncta heic & alibi in interpretatione Vidi dubito, utrum sit a Vido, ac non potius a Typographis, qui duarum litterarum vi nexus pro juhabuerint) adhibue-

ocrat locum praec oculis fuisse. Qui Coi locus ad Mantissae finem illustrabitur.

(295) Galenus comm. 2. in de Attic. Σκέπαρον μὲν ἐπίθεμον ἔτι καλεῖ τὸν εὐκαλιστέρον σχῆμαν τῆς ἑγκαρπίας ἐπιβάλλεις, ἐπιπόδεις εἰρηνή διαφέρεται δὲ λέγεται μεταξὺ διασήμωτα οἱ θεοίνων.

(296) Erotianus in collectione vocum Hippocr. Εἰδός ἐστι δεσμοῦ & Σκέπαρος, οὐαν δὲ πλέον & πλάγιος δεδού. Μαρτυρεῖ δὲ & Ασκληπιόδης εἰ τῷ δέηντικῷ τοῦ περὶ ινσητῶν λίγων. Εἰσὶ γὰρ δὲ Σκέπαρος, οὐαν δὲ πλέον μος ἐπιπλάκων εὔρος εἴσιν, καὶ χιουμ (H. Stephanus reste emendasse

αὐτὸς Φεοτρόπος, καὶ χιουμένεος, moneret Foesius in Oeon.) πλάστρον τινα τοις καὶ γυναις, οἷον οὐαν δέσμοις οὐ πλέον. Nolo heic praeferre, correctionem, quam H. Stephanus tribuit Foesius, fuisse prius a Bartholom. Eustachio indicata, qui in Erotiani interpretatione, quam an. 1566. evulgavit, locum hunc Asclepiadi sic Latinum fecit: Εἴς enim δὲ Σκέπαρος, quando vinculum sibi ipsi incumbens instav, efficit quandam flexionem & angulum, scilicet quoniam simul rectiblique ligatur. At Asclepiadi interpretatione, quam supra posui, est apud Foes. ex H. Steph.

runt, ipsam utiliter injici, quibus vulnerato seniore, proxime partes diducuntur. Sic autem injici debet. Volvenda sub vulnero fascia est in speciem Asiae sic, ut pars gibba deorsum, sima sursum spendet: deinde super ulcus iterum in speciem Asiae priori adversae circumagenda est, atque ad eamdem rationem attrahenda, dum quae nuda sunt contegat, ab inferiore parte sursum, & a superiori deorsum procedens, interdum etiam per ulcus, ut ipsum operiat. Quam vellem haec, uti Graece habent, videre contingere.

6. Ac restant tamen adhuc e Galeno pauca; qui ad primum Hippocratis locum de Offic. med. quem supra exhibui, sic scripsit (297) Heic tamen eam deligationem, quae parum declinat, Asciam; quae multum, Simam per translationem vocat. Asciam namque fabri lignarii instrumentum quoddam appellant, quod in summitate, qua ligna incidit, modice incurvum habet supercilium, ac veluti crepidinum.

7. Qui etiam Hippocrateum τὸ Σκεπαρνόδη, h.e. si dicere licet (298) Asciatim, quod sup. ex lib. de Officina med. at-

(297) Galenus εἰς τὸ κατ' ἐπέσιον sic scribit: Οὐμας δὲ οὐ συνέδεται τῷ μὲν οὐλίου ἔγκεκλι-  
μένῳ ἐπίδεσιν, Σκέπαρνον ἔνορά-  
ζει, τῷ δὲ πολὺ, σιμήν, εἰς μα-  
τηφορᾶς τοῖς οὐδιμάτῃ χώμενος. Σκέ-  
παρνον μὲν οὖτε τέχνης ὄνομαζεται  
θρησκόν τε κατὰ τὸ πέρας αὐτῷ,  
καὶ δὲ τέμνει τὰ ξύλα, βερχαῖς  
σπιρροφήν ἔχον ἐφρασθεῖ, καθάπε-  
τι φέμεν.

(298) Hippocrateum adver-  
biūm Σκεπαρνόδη, erat Galeno non raro usurpatum, possis redde-  
re Asciatim; quod vocabulum mi-  
ror si Latio defuerit maxime  
quum spleniorum plagiulariisque  
injiciendarum θεωρία atq. ηράξις  
Romae inaudita non fuisset, ex  
Corn. Celso constet. Est in Quintiliiano I. 4: obscurus sane locus,  
ex quo istud ASCIATIM extundi  
possit. Ibi Fabius dum in eo est,  
ut ostendat aliis partes orationis  
esse octo, quippe vocabulūm five  
appellationem nomini tamquam  
species subjicientibus: aliis vero,  
qui aliud nomen aliud vocabulūm  
facerent, esse novem; subjicit haec:  
Mibilominus suavitatis qui ipsum

advic VOCABULVM ab APPELLA-  
TIONE diducerent, ut esset VOCA-  
BULVM corpus visu tactaque ma-  
nifestum (uti) domus, lectus:  
APPELLATIO, cui vel alterum  
deest vel utrumque (uti) ventus,  
caelum, Deus, virtus: adiicie-  
bant & adseverationem ut HEV, &  
attractionem (al. attractionem)  
ut FASCEATIM (al. FASCIATIM)  
qua mibi non approbarantur. Quis  
praeflare ausit, Fabium ASCIA-  
TIM scripsisse? Sed tamen magis  
isto adv. ASCIATIM ad chirur-  
gicum Σκεπαρνόδη notandum,  
quam illo altero FASCIATIM, aut  
FASCEATIM, quae nihil sunt,  
Latium opus habebat. Nec enim  
credo medicos chirurgos Romae  
tum, quum illud Σκεπαρνόδη elo-  
qui Latine conarentur, circumlo-  
cutione usos, ut Asciae ritu, In  
Asciae modum &c. dicerent; quan-  
do ex analogiae praecepsit potuissent ASCIATIM dicere.

Atque haec de Fabii loco mera  
conjectura est: quae si cui forte mi-  
nus insula videbatur; tum vero  
& illud porro querendum, quid  
Appellatio five potius Attracio  
(degis)

culimus variis in locis exponit; Nam in Exegesi glossar. Hippocr. sic posuit (299) Σχεταρικόν ἐκεκλασμένως i. e. Asciam idem

(decima scil. ex nonnullis orationis pars) sibi velit. Significabat, opinor, ea adverbia; aut omnino derivativas dictiones, quae attractione sive productione primitivi vocabuli sunt; ut ab ASCIA ASIATIM.

Sed quando semel Fabio chirurgicam opem afferre coepimus; porro & perhiciamus. Nam quid sibi illud vult ADSEVERATIONEM ut HEV? que unius alii non sunt. Corrige meo periculo ADSPIRATIONEM ut HEV. Qui orationis partes plures facere satagebant, iu novum genus constituebant, eas interjectiones completebas, quae mera aspiratione efferebantur, ut HEV, AVI, HOI &c. que spiritu tantum (nec paleto, nec labiis, nec dentibus, aliove organo spirulante) eliquabantur. Ergo Fabii locus sic fort. est constitutus: Adieciens τὸ ADSPIRATIONEM ut HEV, & ATTRACTIONEM ut ASIATIM. Atque haec de deplorato Fabii loco mea est conjectura.

Ceterum quis eos ferat, qui apud jo: Rhodium dixer. de Acia pag. 198. ) in Marcello Empir. Acsia pro Acia reponerant? Ea (herba) ait Empir. de Medicina c. 2. se in parvorum acia rufa, vel lino rufa ligata, capite vel temporibus alligata, mirum remedium bemicraniae vel bitemporaniae praestabit. In Glossis yet. Acia idem est quod οἴδημα. & nostris hominibus Accia vulgo solum significat.

(299) Galenus in Εγγ. νοεum Hippocr. ait: Σχεταρικόν ἐκεκλασμένως. καὶ γάρ δὲ Σκέπαγμα τὸ δυτός ἐπίδεσμον αὐτὸν τὸ πεπτουτῶν ὄντων δεῖ τοποθετεῖν σχετάριον. Σοκῆ. Quae verba a nemine, quod sciām, exposita, particulatum heic expendenda sunt. Ac primum Σχεταρικόν idem vult esse arque ἐκεκλασμένως. Itud porro ἐκεκλασμένως quid sit, ex uno Asclepiade intelligi datur, cuius sunt illa

apud Eretianum & vide sup. not. 296.) Εἴτε γάρ δὲ Σκέπαρνος. δύταις ἐπίδεσμος επιβάλλων δυτός εἰσαγόμενος καὶ χιτῶνες, ΚΛΑΣΙΝ τινας ποιεῖ καὶ γαντιαν. Αγια tunc est, quando vincunt (duo capita sibi occurrentia) uno alteri superdat, decussantur ac (deinde) effringuntur (ive reflectuntur) τὸ angulum faciunt. Ubi vides quid vocari Asciam Asclepiades; quum scil. a medio habentia orsus deligationem, capita hinc atque inde circumducuntur ubi illa occurront, unum alteri superdans, decussans; postmodum caput quod alteri subjicitur, reflectens ita ut secum angulum faciat, in idem latus redire facis; ac pari modo caput alterum. Vide infra appositum schema quo Asciam chirurgicam exhibuimus. Ergo quod Κλάσις & γαντιαν Asclepiadi est, idem est & Galeno πεχινὴ adverbium ἐκεκλασμένως. Ex quo ipso verbo quum tota Asciae constitutio antiquiorum penderet; dignum erat, in quo explicando viri docti se exercerent. Tamen nihil de hoc Poefius in Oecon: nihil H. St. qui Galeni τὸ ἐκεκλασμένως in Σκέπαρνον refert, sed αἰτεῖσθαι τον: nihil aliis, quod sciām. Quaeras fortasse, quo valeret illa κλάσις sive habenaturum in idem latus replicatio. Praetulbat firmitatem, neve ultro citro que splenia fluerent. Maxime in fracturis valebat ad ασφαλεστήρα την πράσινη συντελειμένων. ad communata fratrijū coniuncti: verba sunt Galeni infra num. 7,

Sequitur apud Galenum Κατ γάρ &c. Ετενία ascia, ipsum vinclum, a lignariis ascis nomen reperiisse videtur. Quo pertinet αἰτιολογιών illud. Κατ γάρ Ετενία, non video. Ac, siquid mei judicii est, illud γάρ facile induxerim. Deinde si & unam sillabam δε adiceris; loco miram lucem accendes. Sic enim is locus legi debet. Κατ

τὸ Σκέπ-

idem est ac affracte, deinde addit. *Ascia* namque, vinculi genitus, ab *ascia lignaria* nomen traxisse videtur. Et comm. 2. in de Offic. Med. idem illud *Asciatum* sic interpretatur (300) Nam quum praecepit, plagulas *Asciatum* membro injiciendas, a circulari circuitu eam esse faciendam declinationem definit, eo modo quo est *Ascia* materia. Neque enim admodum obliquam vult fieri plagularum injectionem, multum a circulari recedentem, sed paullum declinantem, quantum quidem ad firmissimam comminutorum colligationem sufficiat. Eod. com. (301) Per due capita deligationem efficit, quemadmodum de sis diximus, quae *Asciatum* superdantur.

8. Postremo & Galenus, seu quis alius auctor libri de fasciis pag. 295. B. Illa demum vocatur *Ascia*, quae lunata figura, ab una parte sima est ab altera gibba. Atque haec sunt, quae apud antiquos de hoc vinculo reperi, obscura sane omnia; sicut & pleraque eorum quae de fasciis illi scripserunt: digna plane, in quibus evolvendis existat aliquis eruditus medicus, qui sese exerceat.

## III.

*Ascia chirurgicae constitutio. Deinde in quo asciae hujus metaphoriae cum lignaria similitudo sita fuerit.*

Ac de *Asciae Hippocraticae constitutione minus mihi laborandum videbatur, propterea quod restat adhuc testo Verduco, apud Gallos Chirurgos *Ajiae* (Poloire illi vocant) nomen in deligationibus. Quod tamen longe est aliud (302);*

BCC

ὅς Σκέπταντος, αὐτὸς ἐπίθεσμος· ὃς αὐτὸς τῷ πεπτ. ἀν. σκεπ. δο. Et *Σκέπταντος* est ipsum *vinculum*; quod a *lignariis* *asciis* nomen sartum videtur. Sed cur VIDETVR? nam alibi Galenus non ambigit, quia ab *Ascia* *materiaria* nomen huic vinculo sit quaeſitum. Verum haud raro Graeci τὸ δόξα in re certa ponent. Etiam Romanis olim iudicibus in suis fententiis VIDERI erat folleme verbum.

(300) Gal. Com. 2. εἰς τὸ ἴνη. haec posuit: Οὐταν ύδρει κελεύει τὰς απλίνας απεπεριπόνων περιβαλλέν τὰ κελάφ (male in Foehi Oeon, κύκλῳ) διορίζει τὰς ἄχυτα περιβαλῆς τὸ ἐγκεκλιμένον ὅπεις εἰς τὸ πε-

κτωμάτῳ στέπταντο· ἢ γάρ βαθέα λοχίν τικανος γίγνεθαι τὸν τιγρόδην τῷ πεπτού, αφεπικάσας τοῦτο τὴς ἄγκυλης καλυμμένης εἰς ὑγκεκλίδου μυρρα, δους τικανος αφαλεστρών εργασθεῖ τὸν κραστιν τῷ συντεγμένῳ.

(301) Mox eod. comm. pag. 680. 40. Τὸν ἐπίθεσμον αὐτὸς δοὺς εργάζει τοικανα, καθάπερ ἐπειρετεῖ τῷ σκεπταρινῷ ἐπιβαλλείντος.

(302) Hodierne *Ajiae* chirurgicae descriptio est apud Jean. Bapt. Verducum, in des Bandages pag. 950. (edit. Paris. 1703.) ubi ait: *Le premier (bandage incal)* est appellé *Adcia en Latin, et en Francois Coignite, & les Chirurgiens,* cap-

255

ne cum Hippocrate, quid judico, Alcia quidquam con-  
mone habet.

Nam si Alciām Hippocrateam & Galenicā probē intelligo; ea mīhi sic de abenda videtur. Est vinculi genus, in femore (303) maxime usitatum; quo fasciae (304) medium inferne (305) applicatur, ita ut pars (306) gibba dorsum, simus sursum spectet; deinde capita sic circumducuntur, nec circum perfringant, nec ab eo insigauerūt declinent, sed

P appellem Doloire, . . . Le bandage que l'on appelle Doloire, ressemble, au que l'on dit, à la Coignée des Chaponisiers. C'est lorsque la bande d'acoude celle de dessous. Il n'est gueres différent du circulaire. Le Moins la dégouivre, enroule devantage &c. Quis autem non videt, hodiernae Alciae Verduncianae nihil tam aptiua communis est? Nam in hac unum fascio caput circumducitur; in illa duo: in hac nullum spatiū inane relinquuntur, sed una super aliam spirae imbricantur; in illa plurimae ducuntur, ac vacua intervalla linteis intercipiuntur; ut alia plura taceant utriusq. discrimina. Et tamen Jo. Sculetus (Arctel. an. 1672.) tab. XXVII, fig. X. Alciām Hippocraticam sic depingit, ac mox pag. 67. describit, ut non aliud sit, quam meum Gallicum Doloire. Vide etiam eundem tab. XXVIII. fig. X. ac sequentem ejus figuram describitem pag. 70. in quibus nihil ad Alciām Hippocratis (cujus Alciām se docere jactat) & antiquorum comprehendes.

(303) Vide sup. Heliodori lecūtus Vido Virdio interprete, ubi ex antiquioribus medicis resert, ipsius utiliter iuxici, quibus uincularo seniore proxime partes dicuntur. Et certe quælibet partes peculiares qualidam vincturas habebant; capit, oculis, nasus &c.

(304) Distet hoc tradidit Hippocrates sup. num. 2. & Galenus com. 2. in De officiis med. sup. ad finem num. 7.

(305) Vide Heliod. sup. num.

5. Voltenda, inquit, sub rotunda fascia est. Id etiam patet ex seq. adnot.

(306) Et hoc ibid. Heliodorus docuit. Voltenda sub rotunditate fascia est, scilicet pars gibba dorsum, simus sursum species. Ubi (nisi si quod vero aliud mysterium latet) pars Gibba est fascia convexum. Simus est cavum. In hoc corde significat; quantum ex Celsio deprehendit; qui Gibbum, ut heic Simus, sic ille Concavum opposuit. Sic enim VIII. 1. loquitur: Igittu concavio incipit ex interiorre parte concurva, extensus gibba, siringue levis. Iam vero nihil potest luculentius esse ejidem Latini Hippocratis loco VIII. 7, ubi de fragmentis ossium prominentibus reponendis: Si id manus facere non posse, vultella (vulgo tonaglia) quais fabri uenit, incisenda est ac utræque pars prominens cuspidi, ab ea parte, quæ (ipsa vultella scilicet) SIMUS est, ut ea parte, qua (eadem vultella) GIBBA est, eminens os in suam sedem compellat. Nisi potius sic interpretari malis, ut SIMVM ad os, GIBBVUM ad vultellam referas in hunc modum. In ossis prominentibus SIMVM est, ubi placuisse cum calle commissitur (verba sunt Galeni alibi producta) sive sit demissior ejus ossis pars. Hanc partem prehendi vultella jubet, ut deinde eadem vultella gibbo suo in ossis prominentibus incubens minens os in suam sedem compellat. Verum utcumque Celsus intelligatur, certe Gibbum Sime, ut convexus concavo opponitur.

indice a circulari , seu (307) transversa deflectant ; ab inferiore parte sursum (308) & a superiore deorsum procedentia ita plures ubi capita occurunt (309) decussentur , atque in sece reflexa (310) angulum faciant , simulque inania cutis spatia rhomboidea (311) intercipiant.

Atq; haec est *Asciae medicae* constitutio (quam Franc. Serao nostro & aliis summopere probata , visamq; verissimam , gaudet). Hi ejus characteres ab antiquis traditi. Venio ad *re exstare ad eis*. Nam Galenus quidē propter *Asciae lignariae* similitudinem sic appellatam plures tradidit. In quo tamen ea similitudo sita sit , ibi maxime ubi totus est in ea similitudine explicanda , haud plane explicuit , uti infra videbitur . Nec porro alii , quod sciam , post Galenum veteres medici : nec tot viri doctissimi , qui post renatas litteras in antiquam medicinam illustrandam incubuerunt , non Gorraeus ab H. St. in thes. citatus , non Foësius in Oecon. non quisquam alias (312) quantanicumq; diligentiam ego & disertissimus Seraus (cui quantum per praelectiones publicas curationesque datur otii , id totum in veterem juxta novamque medicinam exornandam insumitur : plane exorando , uti quae partim affecta , partim concepta habet , perficiat , ac porro emittat ) in eruditior. medicorum scriptis pervestigandis adhibuissimus . Itaque hac spe dejecti , coepimus in eam deligationem penitus intueri :

(307) Rectus fasciae circuitus , quatenus ab obliquo differt , alibi *gyrus* *circularis* Galeno appellatur , alibi *directa recta* , alibi *gyrus* *transversa* . Vide sup. Galeni loca.

(308) Sunt verba Heliodori , quem vide sup. num. 5.

(309) Hoc est *τὸς χιλίστερος* *Aesclepiadis* , quem vide supra in Eotiano num. 4.

(310) Vide ibid. in Aesclepiade *κλέιτον* & *γανίαν* , & Galeni *τὸς σχιστολογίου* & subjectam ibi annotationem.

(311) Vide Hippocr. sup. num. 3.

(312) Promittebat sane a Sculteto suppetias Lexicon Castello-Brunonianum in V. *Ascia* : ubi ad finem legitur e *Hoc vincitum genus egregiū definitivit usumque monstravīt Sculpius Arrianoentatio Chirurgico p. 2. tab. 54. fig. 3. & seq. Quae Sculpius citatione eadem*

in Steph. Blancardo reperitur . At vero Sculpius edit. Venetae anno 1665. aut Ainstel. 1672. nullam habet tab. 54. Verum ad tab. 28. hanc tantum de *Ascia* habet : Fig. X. *sc. ferme fractum* , *fascia Asciae* , *in cruce adducta obligata* ; *canalique* &c. Figura ipsa non modo quid sit in eo vinculo *exaggerata* sed ne *Asciae* quidem cum *ligamentis* constitutio fierit , demonstrat. Item ad tab. XXVII. fig. X. sic Sculpius habet : Fig. X. *est tibiae os cum vulnere & prominentis frangum* , *fascia non in cruce* , *sed in circulum adductis obligatum* . . . *Ligatura base asciae* , *quae Hippocrati attribuitur* , *infra in cura-* *sione fracturæ cum vulnera clariss.* *verbis explicabitur* . At in loco , quem designat , de *Ascia* Hippocratis nihil . Ipsa vero figura X. tabulas XXVII. merum *τὸς Deltoris Gallo-* *ram* representat.

denee lux affulgeret tandem visa est ; quae utrum omnem  
hinc caliginem sit dispulsa , lector aequus judicabit.

Nam Serao quidem nostro suspicio subiit , ( quae & mihi  
fateor jam initio subierat ) dubitanti utrum , quum capita ha-  
bendarum sibi occurrentia atque in sece redeuntia flexum &  
angulum faciunt ( vide seq. iconem ) unusquislibet ex illis du-  
cibus in itu , Asciae manubrium , in reditu , ejusdem ferrae  
mentum exhibeat ; in eoque positum sit ~~ad~~ Extravasus , de  
quo quererimus . Sed hanc conjecturam , quamvis non asper-  
nandum , quin sequar , nonnulla me impediunt .

Verum , missis aliis opinacionibus ; haud fane alibi illa  
Asciae similitudo , quam in manibus cutis spatiis , quas sple-  
niis pluries circumducentes ac decussatis interce-  
pta visuntur , mihi querenda esse videtur .

Vide in apposito schemate plura triangularia  
intervalla inter binos fasciae ductus . Unum  
quodlibet ex illis certe Asciae ferramentum re-  
fert non tantum propter utriusque figuram  
triquetram , verum ex eo multo magis , quia  
utrumque non est ex genere planorum , sed  
euryorum triangulorum , ac ferme quale tri-  
gonum erit , quod in cylindri superficie descri-  
betur , sed ita ut trigni basis sit axi cylindri  
parallela ; tunc enim curvitas illa existet .  
quam in ferramento Asciae Galenus agnoscit  
( vide supra in Asciae definitione ) quaeque  
etiam in vacuis descriptae deligationis inter-  
vallis in femore se prodit . Atque hinc intelligimus , cur He-  
liodoro Ascia sit femoris vincitura ( Scultetus quoque Asciam  
in femore adhibuit ) re enim vera in femore intervalla linteis  
intercepta & suâ triquetra figurâ , & curvitate , & justa ( 313 )  
dimensione Asciam exhibebant .

Atque haec est in Ascia medica ~~extravasus~~ forma ; quae-  
cum ipfa per se per mihi facilis & clara visa fuit ; tum ve-

( 313 ) In femore , inquam , quum  
cutis interceptiones & figurae  
triangularis , & curvitatis , & di-  
mensionis tantae , quanta ferme in  
Ascia reperitur ; ratione habita ,  
plane ~~extravasus~~ effen ; hinc  
geor ~~ad~~ ~~Extravasus~~ initio peculia-

rem femoris vincituram finis . Ve-  
rum deinde ubicumque triquetra  
interceprio se prodebat , etiam si  
minor quam pro Asciae modo ; ibi  
etiam Asciam agnoverunt . Vide  
infra locum Hippocratis , in na-  
deligatione Ascias reperientis .

so consentit cum usvi Hippocratei consuetudine, quando solemnne erat rebus ex figura, quam praeserrent, nomina tradere. Sic ex poematis illis ad similem Theocriti, quod bipennis figuram ostentabat, Πέλαγος dicebatur; quod aiae, Βούβος; quod ovi, Λόγος. Nec aliud in geographicis obtinebat; quippe quum Apamea Κίσσης, ex eo quod Arcæ figuram qualemcumque offendenteret; Sicilia Triginta; antiqua Aegyptus Delta; & alia plura in hunc modum, dicerentur. Nec alia porro ratio fuit, qua ab antiquissimis usque temporibus constellationibus nomina siebant, ut hoc *Plaustrum*, illud *Trigonum*, ac diversis aliae nominibus dicerentur, prout qualis qualis rerum illarum species in ~~μορφοῦ~~ illis primorum astrologorum animis occursahat. Eadem ratio fuit, qua vincituris nomina fieri coeperunt: haec Σεταπόντη, illa Rhombus, ex iis causis, quas ostendi, dicebatur; tum aliud *Valbum*, aliud *Cancer*, aliud *Testudo*, ut alias sexcentas vincitorum appellations omittam in Hippocrate, Heliodoro, Sotano, & in libro de *Fasciis*, qui Galeno tribuitur. Vel si sunt tamen, quibus tradita interpretatio parum probetur, exigitent ipsi meliora; quibus libenter subscriptam.

Est tamen, qued nichilpet ipse, quamvis invitissimus, opponam; Galeni scil. de hac interpretandi ratione silentium. Quid dico silentium? imo in iis ipsis locis, quibus ~~τὸ Σεταπόντης~~ deligationis hujus explicare aggreditur, tamen nescio quid aliud docet, quod vereor, ut se probet. Vide Galeni locum sup. num. 2. *Ad Asciae autem lignariae similitudinem discens*, quod a recta linea paullum recedens incurvetur &c. Vide huic parem locum num 6., deinde num. 7. Nam quum praecepit, plagulas Asciatim membra superdandar, ab orbiculato circuitu (qui circulus alibi *Recta*, alibi *Transversa* Galeno dicitur) eam esse faciendam *de clinitione* definit eo modo, quo est *Ascia materia*: quae, ut in definitione Asciae Galenica vidimus, in extremitate curvatur. Vides jam Galeno quid sit vinculi hujus ~~τὸ Σεταπόντης~~; est scil. motu illa a recto circuitu declinatio. At (viri summi, cui medicina & artes ceterae debent vel plurimum, pace dixerim) quid ea declinatio habet ~~τὸ Σεταπόντης~~? Si curvitate in plaga inde repetis, quod femori, tamquam cylindro, circumducitur; non minus in circulari deligatione, ea curvitas, quam in ea quae inde declinat, deprehenditur. Si pot-

so ( quod certe vult ) in modo recessu & circulari asiae similitudo ponitur ; quid ille recessus curvi habet , praeter partis habitum , cui applicatur ? Deinde si circularem *Rectam* appellas ; ea quae declinat , non video , cur minus Recta dicenda sit . Postremo non intelligo ecqua sit in *definientia* declinantis illius curvitas : in qua ille Asiae similitudinem reperit . Quae non eo dico , quo quidquam de magni Galeni existimatione decedat . Imo vero ultro fateor , aliquid in ea deligatione fuisse , quod Galenicas rationes juvaret . Sed quidquid illud fuit nos certe non cogit , ut ipsi potius ( praesertim non sese explicanti ) quam maximo medicinae patenti Coo credamus .

Nam equidem , vel quolibet pignore deposito , contendendo , τὸ ἔργον τὸν νίκαν τοῦ Hippocratis vinciturae hujus , qua de agitur , ubi sit quaerendum , Hippocratem clare demonstrasse , iis certe , qui ad ejus oracula a. num intendere studuerint . Sic enim ille in *de Artic.* Sect. I. in edit. *VanderLind.* ( Graeca Hippocratis qui volet , adeat sup. not. 289. quae tamē heic ad verbum interpretabor ) Nam deligationum haec est maxima pars , quae plurimas quidem Asias habet , & interruptiones atque interceptiones cutis maxime variae rhombiformes . Ut Hippocratis sententiam assequaris , notandum est , ibi Hippocratem non de *Ascia* primatio agere , sed de nasi vincitura ; quae ubi fiebat , multae ibi *Asiae* , Rhombi multi exsisterent , necesse erat . In quo igitur Rhombus ( unum scri. ex vinculis Hippocraticis : vide num. 1. ) erat ; in eo & *Ascia* quaerenda est . Atqui τὸ δημόσιον Rhombi similitudinem in διαγώνῳ ( h.e. in interruptionibus habenarum , qua illae spatia inania relinquunt : vide sup. Galenum num. 3. διαγώνῳ interpretantem τὸ μετρὸν διαγώνων τοῦ οὐρών ) & in διαδικτεροῦ τοῦ ρεπτῆρος h.e. in cutis intervallis inter plagularum ductus reliquias agnoverit Hippocrates . Ergo & in eisdem διαγώναις intervallis Συράγεις agnoverit , necesse est . Non est ergo amplius ambigendum , quid Hippocrates *Asciam* appellaverit .

At enim , inquires , in ea , quam supra attulimus , *Asiae* descriptione , inter habenarum ductus rhombi plures , non item *Asiae* sive trigona intercipiuntur . Respondeo , id quidem verum fore , si in deligationibus nihil aliud quam habenae eo , quo dixi , modo circumductae agnoscantur . Verum praeter fascias erant & panni ; & in fracturis . ( in qui-

R 2 huic

bus maxime Aescia valebat, ad *dopulogden* *updatos* & *orname-*  
*ptos* ad comminuta firmiter retinenda, ut ait Gal. sup. num. 7.)  
 erant de ferulae. Sed mitto ferulas: at panni certe primi omnium  
 affectae parti applicabantur, eaq; *υπόδεσις* aut *υπόδεσμος* Hippocr.  
 etat: pannis fasciae superdabantur, quae *τύλεσις* dicebatur. At  
 panni isti rhombos, si non omnes, ac eorum plures bifariam  
 dividebant; h. e. ex singulis rhombis binas Aescias efficie-  
 bant. Ita sit ut in vincturae *οχετηρηδον* factae *διαγένυαις*, ex  
 Hippocrate, & Aesciae simul & spatia rhomboidea deprehen-  
 derentur. Postremo vel si subjecti panni nihil conferant ad  
 aescias repraesentandas: fac, inquam, in *διαστηραις* non  
 aliud quam rhombos existere: at certe plurimi ex iis rhom-  
 bis non nisi dimidiatur, itaut aescias referant, cernentur, pro-  
 pterea quia eorum dimidium tantum obtutibus patet, pars  
 vero altera in aversâ femoris parte latet. Sane enim *κατα τι*  
*στρατον*, h. e. non ab eo, quod re ipsa est, sed ab eo quod videtur,  
 vincturis illis imposita fuisse nomina certissimum est. Id quod  
 video etiam placuisse viro elegantis doctrinae atq. ingenii Ca-  
 nonico Jos. Boncorio; quem is supra appositum schema mihi  
 pro sua humanitate delinqaret. Atque haec, quae in Aesciam  
 Hippocraticam sum commentando expertus, eruditissimorum  
 medicorum (quos & numero plurimos) & doctrina & sagaci-  
 tate singulares, & haec civitas, & Italia universa numquam  
 non parens foecunda protulit) judicio permitto; in primis  
 autem Regii Archiatri Francisci Boncorii, qui merito suo in  
 hoc Regno hodie in artium facile excellentissima dictaturam  
 exercet; quique suo in REGIS optimi ac felicissimi tuenda  
 valetudine studio vigiliique industria non tantum populares  
 suos, sed & exterios plane universos BORBONIAE stirpis stu-  
 diosissimos, sibi devinxit, ac porro devinciet.

*M A N T I S S A A I . T E R A .*  
*De propria significacione vocis ΤΕΚΤΩΝ & inde derivatorum,*  
*five de S. JOSEPHI CHRISTIQUE Opificio.*

Ad Matth. XIII. 55. Marci VI. 3.

Dixeram, TANVCCI ornatissime; (sup. pag. 153. &  
 not. 206. & saepe alibi) vocem ΤΕΚΤΩΝ non esse fabrorum  
 omnis generis communem, sed materialiorum peculiarem.  
 Ad id ostendendum paucissimis sanct contentus essem, si non  
 aliud quam *Στρατον* Aesciae mihi illustrandam proposeis-  
 sem;

Item. Nunē id datus operam ; sedum in tenui argumento versamur , tamen appareat , nos serias res agere ; nec frustra nos de JOSEPHI , CHRISTIQVE ipsius Servatoris ( 314 ) opificio sollicitos , id laborare , ut Asciam istam male a quibusdam de eorum manibus exgussam , eisdem tandem luculentem adsertam , consacremus dedicenusque . Nam Matth. XIII. 55. CHRISTVS fuisse legitur δ τε τίκτων οὐδε . Vulgato Interpret. Fabri filius : imo & ipse Servator Marci VI. 3. dicitur : οὐχ οὐδε εἰσιν οἱ τίκτων ; Nonne hic est faber ? Laudo sane , quod sanior interpretum pars S. Josephum ( uti & IESVM ) materiarium fuisse , statuunt . Sed quod id ex antiquorum traditione colligit ajunt , id non perinde probo . Nam etsi pro lignario opificio laudantur aliqui (puta S. Justinus , & praeterea vix unus aut alter ) tamen Hilarius , Chrysologus , Beda , & alii plures , ferrariam factitasse , innuunt . Orientales quoque Evangeliorum translationes variant nonnihil . Ex quibus potest intelligi , in JOSEPHI opificio non consensisse antiquitatemi . Quare longe aliā viam ingrediebādam mihi statui , ut in propriam pafsumque usitatam vocabulor. TEKTΩN & FABER notionem prius inquirerem ; quo fundamento praejecto , tum demum putavī me antiquorum sententias tum numeraturum exactius , tum & de iis sanius judicaturum . Vereor tamen , ne qui in ceteris multis fui , in hoc demum arguento plurimus sim futurus , nec sine ineptiae diligentiae offensione . Verum rem sic transfigam , ut summa tantum rerum capita lectoribus delicioribus legenda proponam : cetera , quasi ἀποβαῖς , in adnotaciones conjiciam , quas incuriosi rerum harum tuto praeterire gueant , cupidioribus interim usui futuras .

## I.

*Vox TEKTΩN ejusque derivata quid apud antiquos  
mediamque Graeciam significaverint.*

**Evangeliorum interpretes (315) quo scumque viderim , ad hunc**

(314) Quum isthaec opifia audis ; noli putare ea generis nobilitati Sacerdotiae familiae fuisse dederori . Nam praeterquam quod ἄρτον εἶδος , ὄψικυν nullum profresum esse , aferbat Hesiodus ; Hebreworum in more positum fuit , ut etiam quibus τε λαύτος esset ; sed

men adversus omnes fortunas casus opificium aliquod addiscerent . Vide interpretes heic & ad XVIII. AQ. 3.

(315) Calmetus ad hunc Matthei locum , Graeca vox , sit , quadlibet fabri genitus significas . Ea item dicitur Marci VI. 2. & Digi. de S. Joe

B 3 Septu

hunc diem existimarent, eam vocem gentilalem esse: cumque errorem habent cum lexicographis, qui passim teruntur, communem: cumque omnibus sermō viris doctissimis, qui post resonatas litteras Graecos Scriptores Latina civitate donarunt, qui Tēkōν non aliter quam *Fabrum*, *Tēkōν* *fabilēm*, *Tēkōn* *fabricor*, & sic ceteram ejus vocabuli sobolem interpretari consueverunt. Imposuit viris clarissimis etymologie ratiō: nam Tēkōν est a Tēkō, quod generaliter est *fabricor*. At equidem planissimum faciam, id vocabulum (quamquam suo etymo generale) ex usū tamen omnis generis scriptorum sine controversia artis lignariae peculiare esse: hanc adeo Josephum, ino & CHRISTVM exercuisse.

Atque ut ab hoc ipso Evangelii loco ordinar: non est verisimile, Evangelistas generali vocabulo heic usuros fuisse, praesertim praefixo articulo. Nam, amabo, si τὸ TEKTONI *τέκτων* subjicitur notio, illud εἴ τό τέκτων γέτε quid aliud valebit, quam si diceremus *Il figlio dell'artegiano?* (v. heic Tillem. not. 315). Nunc cedo, inter tot opificia, quae in una civitate excentur, totq. artifices, quisnam erat ille εἴ τέκτων ille faber, qui eo vocabulo, veluti intento digito, demonstrabatur? At si materialius intelligitur, id bene procedet: neque enim in illa urtecula quoniam materiali erant: ac vel si fuissent, nemo perinde incepit loqui videbitur, si heic Neapoli diceret: Non è questi il figlio dell'artegiano? ac si diceret: Non è questi il figlio dell'artegiano? Pris saepe quotidiano sermone usurpatum: alterum ne fando quidem auditum fuit. Haec eo pertinent, ut negem vocem τέκτων, etiam si generalis esset, generaliter heic posse accipi: ut libezuni sit eam de lignario, aerariove, vel alio artifice intelligia.

Nunc illud demonstrare, aggrediar, τὸ τέκτων nequaquam unius.

Joseph, ubi Tēkōν definit, *un bome de metier, un artifex*. Idem in aliis ante Calmetum reperies, uti in Vatablo, Brugensi, & doctissimis quibusq. interpretibus ad hunc ipsum locum. Marianus Victorius in indice posterior. Hieronymi tomor. in V. Joseph polt galatas sententias, ait: *Vox Graeca τέκτων artifex*. Christiano Hilicho in *Sed. de studiis CHRISTI* s. 11. (apud Patric. to. ult. Cod. Pleid. N.T. p. 437.) *Vox Tēkōν στρατηγός* (est) & quoniamque sive opificium sive artifici-

sive designat. Tillemontio not. 2. de S. Josepho ὁ τὸ τέκτων est *le fils de l'artisan* quam tamen *τέκτων* logueri ratione numquam potuisse venire in menteus sive Judaeis, ut sic ineptissime interrogarent, sive Evangelistas ut sic *τέκτων* scriberet, jam initio demonstravi. Postremo ceteri omnes sive sacrae, historiae, sive Scripturar. explanatores sic de sententiarum discidio loguntur, ut prae se aperte ferant, putare se Tēkōn generale esse vocabulum.

**U**niversis officiis convenire; sed dumtaxat materialio. Atque ut ab antiquis grammaticis ordinar: In Glossis veteribus *tixas* exponitur Latine his modis: *Faber tignarius*; *faber lignarius*, *Materiarius*: quod nullam tergiversationem admittit. Sane observavi Glossarum auctores N. T. voces saepe sibi vertenda proposuisse. Adhaec proprietatis vocabulorum sollicitissimus obseruator Jul. Pollux non aliter id vocabulum, & quae inde proficiuntur, accipi debere tradit. Sic I. 12. inter eos qui in templorum fabrica occupantur λιθοτέχνης την οὐρανούς καὶ τεκτονας λαπίδας, αεδικατορες, materiarios resert. Ut & n. 161. *τιγνάτοις* inter castrorum artifices sic numerat, ut sint certe tignarii, sive ut castigatius (316) loquatur, lignarii artifices. Sed prae ceteris lege hujus grammatici caput 26. (317) lib. VII. quod inscribitur Τεκτόνων ἵπα την οὐρανούς Materiariorum opera & instrumenta; ut plane statuas quid proprie *tixas* sit, quid vero ~~τεκτονας~~. Vel saltem lege cumdem X. n. 146. ubi *tixas* ex his haec numerantur *Στεγανοι*, *τεῖναι* &c. *Aστια*, *serra* &c. deinde fabri ferrarii, aedificatoris, &c. instrumenta ordine ponit.

Atque haec de optimo grammatico ( cui quidem Favorinus [318] paria habet ) quæcum unum tanti facio; ut præ eo ceteros posteriores, numerum ac turbant, qua urgearis potius quam juveris, existinem. Situ illud bona fide fateor, grammaticos duos, qui Polluce posteriores, Suidas tamen & Eustathio antiquiores videntur ( Hesych. & Aristophanis Scholia sten intelligo; et si haec scholia non unius auctoris nec unius aetatis sunt) *τεκτονας* notionem *tixas* vocabulo subjecisse. Quid quod *τεγιδας* etiam & Eustathius in speciem idem atque Hesych. sensisse videntur? Qui tamen omnes, præsertim posteriores duo, adeo

non

(316). Nam *tignarios* quid proprie appellariant antiqui, Caius docuit I. 235. §. 1. de verb. sign. *Fabros tignarios* dicimus non eos dumtaxat, qui tigna dolarent, sed omnes quae aedificarent. De quo vide plura *Top.* pag. 199. & not. 242.

(317) Pollucis illud caput 26. lib. VII. longius est, quam ut totum heic adscribatur. Sed præcipua ejus capitinis in annotationem 29. contuli, post adnotata Eu-

(318) Non invitus feci; ut de Varinum Favorinum in medium transluxerem; quippe quem ubique

reperi non de suo hepate sapere, sed sua semper ex veteribus hanisse grammaticis: quo sane merito & in veterum censu habeti poterit. In haec præ ceteris in suo lexico posuit, quæ quadrant in nostram sententiam. *Τεκτόνων* • Εὐστάθιον ἵπα την οὐρανούς τεκτονας λαπίδας λεπιδομένην, θρόνον τεκτικόν τελέων δίπον. Quae mox adscribam, ea ex Eustathio desumit. *Τεκταν* δίπον οἰκοδόμος καὶ τεκτονος, καὶ διπλος διπλας διπλον δικαδικον τεκτονος (corr. τεκτονον ex Eustathio) τελεων. Unde hi *τεκταν* duis vocabulo uteratur.

B. 9

non obserunt, ut etiam summi opere profuturos confidam. Alius Eustathio incipiagn, propter Homeri, in quem uberrime commentatur, dignitatem; una enim eademque opera, quis sit Homericus *tixias*, percipietur.

Ergo eruditus principis Poetae interpres Eustathius ferme de eo vocabulo, tamquam *τεκτονικός* loquitur. Sed vel sic tamen adeo non turbat, ut summi opere juvet; maxime si locos Homericos, ad quos commentatur, simul conferas; ex quibus postremo intelliges, *tixias* Homericum sic *τεκτονικός* fuisse, ut omnem dumtaxat lignariae artis propaginem ac familiam (voluti aedificatores, naupegos &c.) suo ambitu complectetur, non ut ad alia opifica, quae in lignis non occupantur, pertineret. Eam locorum collationem, cui tanti ea res videbitur, in subjecta (319) adnotatione reperiet; ubi simul Polluce in eadem plane antea docuisse ostendetur.

#### Supereft

(319) *Eustathii loca de Tēkōnē, sum  
& Pollucis caput 26. lib. VII. ex-  
plicatur. Qua ratione Αρχι-  
τέκτων συurpetur. Quia  
Τεκτόνης Μήτη  
Sopboris. Galeni  
locus exppositus.*

Ac primum Eustathius ad. Hom. Il. Z. 215. ad illud *Tēkōnēς αρχῖτεκτος*, Οὐοὶς ἀποίνοιος θάλα-  
μον, τῷ δέσμῳ, τῷ εὐλόγῳ. Ma-  
teriarum, Quis ei fieriunt iθαλαμον &  
dormum & atrium: sic adnotavit:  
*Tēkōnēς ἡ καρδία ἐργα τεκτονὸς τῷ  
τεκτονικὸς λέγεται*. I. e. *Tēkōnēς*  
autem generaliter eo summo vocabulo  
(quod rāmen cum dicit, vel eo in-  
nuit, alias id nomen materiarum esse  
peculiaris) aedificatores intelligit.  
(Pollux quoque VII. 117. aedifica-  
tores Homero *tixias* appellatos  
observaverat) Verum si animadver-  
sisset Eustathius, Homericum illud  
θάλαμον τῷ δέσμῳ τῷ εὐλόγῳ,  
omnia ex lignis constitisse, ex usu  
heroicorum temporum, mirari de-  
sisteret, cur eorum fabricator *tixias*  
appellaretur.

Adhaec ad illud Il. O. 410.  
Αλλ' ἦτορ γέλημα δόξῃ νήσον ἔβαθυνε  
Τέκτωνος εἰ τελέμανος θάλαμος: Ac  
velut amissis lignis navale dirigit  
in manib[us] perissi materialiis: Sic  
ide[m] scriptura geliguit pag. 1022. 9.

*Tēkōnēς δὲ, τῷ τεκτονικὸς γενετι-  
λέγεται οὐδέποτε. h. c. Τέκτων νεο-  
τεκτονικον generali nomine appellatus.  
Cujus simile est & quod ad Illud  
Od. E. 250. εἴδεις τεκτονο-  
artis materialiae peritus, adnota-  
vit pag. 1033. 16. Ορεὶς δὲ τὸ τε-  
κτονικόν, γενικού τεκτονο-  
ν εἴδεις εἴτε τέκτων δι τεκτονικός εἴδε-  
ματι γενετικός. Observata, οντοι, fa-  
bricando, navigatio generalis τεκ-  
τονικόν dixisse: nam τέκτων etiam  
τεκτονικον generali nomine significas.*

Potremo ad illud Od. P. Mā-  
civ, n̄ int̄p̄ra τεκτονος, εἴ τέκτων δέ-  
p̄v, Vates, aut curator me-  
tum, aut fabrūs lignariorum t̄ sic  
pag. 1821. 15. scriptum reliquit:  
Τό δὲ τεκτονος κακοῦ επελθεις ἐργά-  
θη. καθόδη τῷ τέκτων δέπον. Τό  
μένος τεκτονος τῷ τέκτων, εκτε-  
κτονος λέγονται. Τέκτων δέπον, ει-  
κοσδέκας τῷ τεκτονικός. τῷ δέλτε-  
τας δευτερον διακάμψις τῷ δι-  
στοράντι τύλῳ. Illud τεκτονος κακοῦ  
integre dictum; Seussi & illud τέ-  
κτων δέπον ε� n̄ certeque γενε-  
tis. aut τέκτων (sine illo addi-  
tamento dicitur) ellipsis est. Et  
quidem Τέκτων δέπον est etiam aedi-  
ficator, tum & naupegos; & uno ver-  
bo quivis circa lignarium opus occa-  
patur. Vete hoc ultimum dixie;  
p̄t̄a, nisi postea ostenderemus, Pie-  
darq

**G**eneris & **l**itterarum est, qui eurus facit; Platonis qui tibias & lyras, qui letoes, qui naves domosque fabricat; Dionys. Halic. **τεκτονας πατριωνεσ** dixit: Jutino & Chrysoito mo **τεκτονη** circa aratra, juga, plaustra veritatur: mitto jam alios, Itaq. univera, quam latissime patens aratum **χρηματικην** familia, **πατριωνης** ambitu merito comprehenditur.

Atque heic praeteriri non debet, quod Iuli Pollux VII. integro cap. 26. totus in eo est, ut ostendat, artes omnes, que circa ligna occupantur, vocabuli **τεκτονος** & **τεκτονης** complexu contineri. Itaq. & **τεκτονης** naupagos, & **τεκτονοιδes**, & **τεκτονης** lectorum & januarium artifices eo referunt; adhaec autem & eorum fabros quae ad convivalem supellectilem pertinent, uti **men-** **sarum**, **sellarum** &c. insuper & **scat-** **legum**, & **distrionum**. **Τεκτονης** δι, inquit, την το τεκτονης θεον, **Αρχιτεκτονος Λυστρατης**: **Mate-** **riarii** etiam est & **fores** compingere, **en** **Aristophanis Lystrata**. Mox ejus artis instrumenta, recenset, & ei opificio usitata verba, more sho. Quia recensione defunctus, ad superius illud argumentum redit; nam ait: **ἔγραψε δὲ ἀνὴρ τέκτων τοὺς μά-** **γγες** &c. **μυστικύλιον** quoque con- fectio ad fabrum lignarium pertinet &c. Mox: **καὶ δημαρτυρήσῃ τοι** **Οὐμέττος** **τέκτωνας** &c. Sed & **Carpentarius** secundum Homeri in artis lignariae censu est. Deinde de curribus locutus, de aedi- ficatoribus sic orditur: **Καὶ τοὺς** **στρατόπεδους** **Οὐμέττος** **τέκτωνας** καλεῖ. **Meditatores** Homerus, **τέκτωνας** ap- pellat. Homer. loca partim cum Eustathii adnotatis modo deponimus, partim alibi producimus: duo heic ex Odyssea loca indicabimus, unum P. 340. δι τον τέκτων **Εἴτεν** &c. **Quem** (postem **τέκτων** polvit: alterum Φ. 43. istidem ver- bis, de limine loquens. Causam Homericæ **πλοιων** initio hujus ad- notationis assignavimus; quia ea opera ex ligno erant: & re vera his locis postem **ευρεσινον** limen **πλοιων** Poeta esse dixit.

Postremo ne vocem quidem Ag-

**χιτώνος** (quam Graeci iuxta Latini- nique pluries de stritorum principiis ac **προστρητην** usurpant) a re lignaria alienam putavit. Haec enim subiectit: **καὶ Αρχιτέκτων ὁρητης Πλάστρων**. Subiitamus paulisper heic, antequam cetera adscribam. Vocem **Αρχιτέκτωνος** usurpatam Platonis dicit, sed in re materiali- nam ecce Platonis locum **Ἐρεγασίς** (pag. 135. C. ed. Serrani). **Καὶ τοὺς** **τέκτους** (h. e. in **τεκτονης**) **τεκτονης** μή- **δη τεκτονης** οὐδὲ μηδὲ **τέκτων**, **τεκτονης** δι τοι τοις **Εἴταις γέγονος**. Num materialium quidem quinque, summum sex ini- mis emas licet, at architectoniam no- decies mille quidem drachmis com- paraveris; quia pauci admodum in- universa Graecia architectones exhi- bunt. Vides jam quid sint Platonis architectones, quod & docuit me Jo- sephus in III. **Ἑρεγασία** 6. ubi de Tao bernaculi Molaii opere lignario construendo narrat. Ibi prope ini- tium sic posuit: **Αρχιτέκτωνος τοῦ** **ἴγενος σῆμαντος**, **Architectonas operi-** **bus** **πραξίσις** **Besaleum** & **Eliabum** s qui certe operis lignarii, non struc- torii principes opifices erant. Quamquam Philo aliter: apud quem in de somniis (pag. 595. C.) **Besalelo**, tamquam operis administrato, **τερα-** **τόρηματα** **τεκτονης** **Μωϋσης** exco- plaria **τεκτονης** **Moses** sufficiebat. Postremo Sirachidae XXXVIII. 30. **Αρχιτέκτωνος** ex ligno statuas facit. Ethi in LXX. & **τεκτονης** & **τεκτονης** de cuius- vis generis opere usurpatam reperiuntur: ut & Paulus ep. ad Cor. & Plato in Gorgia pag. 455. E. **τεκτονης** vulgaris notione acceperunt.

Pergit vero idem Onomastici auctor: **Βιατος** **τοις** **την Σοφ-** **αιτης Διονισίου πατρόνας** **Μελον**. Quod H. Steph. in Thelauro non assequitur. Non ipsam, opinor, metaphoram ab architectura peti- tam putavit esse **Μελον**, sed omnino non vncem dumtaxat **τεκτονης** appellat. **Μελον** h. e. **conclavis**: nam- ut ego interpretor, ut versus necessi- tari serviret. ideo voce nova usu- poetica putavimus. **Hanc interpretatio-** **neus**

Superest; ut de Hesychio; Aristophanis interprete, &  
Stida videam: quorum duo priores artificum totum genus in-  
tra ejus vocabuli septum conculserunt: Nam Hesychio TE-  
ΧΤΑΝ est τας πηγές οmnis artifex. Eadem est Scholiaстes  
sen-

nem veram esse ostendit αἰτιολογί-  
αν illud γέρ. Αρχήτην dixerat  
vocein ultamatam euc: nam alteram  
τεκτονάρχος non imitandam, qui pe-  
pe vi ac necessitate expressam:  
Vete ego sic: Καθάλιμνον εἴη (ac vi  
profosiae expressione) quod Sopocli in  
Daedalo Musa Τεκτονάρχος dicitur.  
Atq. haec ad Pollucem explanandum  
satis: Reitac quid Poetac illi fuerit  
τεκτονάρχος Μούσης: Nam Miner-  
vam quidem artios praeceps novi  
(unde μυχαλής Pausaniae: & in  
lapidibus ERGANA appellatur) at  
de Musarum quapiam, id juxta cum  
ignarissimis scio. Dicam tamen  
quid sentiam. Aristophanes Equitius  
627. assert celebris ac passim  
triti carminis (quod ibi Scholiaстes  
ad Cratini Eumenidas refert) tale  
initium: Τεκτονές Αὐτόλιποι ηγετοι  
Πολυτρονούν bymnorum artifices.  
Eadem metaphorā bis usum Pindari-  
num animadvertis: nam Pyth. III.  
200. Εἴ τινα κτεδεῖν τεκτονές  
εἰσὶν οὐρανοί Aquiles. Ex carminibus  
sonoris, qualis artifices sapientes  
(carminum) concinnatus. Et  
Nem. III. 7. Μελιγαρδοί τεκτονές  
Καρπούν τελεῖσι. Meligonorum auto-  
res bymnorum juvenes. Quo perti-  
net etiam Τεκτονές τελονέρων  
compōsīo in quadam epigr. Ex his lo-  
cīs, aliisq. sort. plurimis, quae mihi  
nunc latent, facile est intelligere,  
tūisse hanc metaphorām celebrissi-  
mam, qua sacri vates τεκτονές  
σημαντούσι. aut sine alio ad-  
ditamento, absolute τεκτονές voca-  
tentur. Ex quo licet sibi Sopho-  
cles existimat, Musam poetarum  
praeceps, τεκτονάρχος nuncupare,  
pulcherrima sane, quamvis non in-  
tellecta, translatione.

Ad extreimum Pollux τας Αρχή-  
την Aristophani Daedalo usq.  
patum notavimus. Ea fabula non ex-  
stat. Sed quis Daedalus fabricae  
scatariarum ινέργεια suffit Plinio

aliisque dicitur: in ea fabula τας  
αρχήτην de re lignaria nūsse  
potum, sit verisimile. Sed nunc  
apud eum Comicum in Pace 304.  
idem verbum legitur.

Haec ex Pollucis cap. 26. de-  
libasse, eademque illustrasse suf-  
ficiat. Verum heic dissimilare non  
quo: quod a Polluce & Eustathio  
diversus ab Galenus. Nam illi duo  
lignaria omnia opifia, quaecumq.  
demum illa sint, Τεκτονές ambig-  
tu complectuntur, ac nominatum  
naupēgos & aedificatores: contra iste  
Τεκτονές distinguunt a naupēgo, aedi-  
ficatore, & pluribus aliis ligna trā-  
stantibus: Locus is extat lib. ad  
Τεκτονές cap. 28. ubi in eo est,  
ut ostendat, materiam eamdem  
pluribus artibus θέρασαι subjici:  
Εὐλογούσι γέρ. οὐλον τοντον τας  
τεκτονές, τας μηχανοτοντον, τας  
οικοδομην, τας ἀλοι μηχανησι: Quin-  
doquidem lignum & fabricatori na-  
vium, & mastérioi, & machina-  
rum structori, & aedificatori, &  
sexcenisi aliis communis est. Quod  
deinde & in creta &c. ostendit. Heic  
ego nolo ea responione uti, in vo-  
cum significatu malle, me grammaticis  
accutarioribus (imo & Home-  
ro, & Platoni, quibus naupēgos &  
aedificator est infra septum Τεκτο-  
νές: de Homero vide Eustachium  
sup. not. 319: at Platonis locum in  
Philebo vide infra not. 331.) quam  
medico quantovis credere. Malo  
rem sic transfigere: Homeri & gram-  
maticorum illorum Τεκτονές, ex  
antiquo vocabuli usu, γενουσι  
esse: ne sit τας Εὐλογούσι: at Ga-  
leno & posteriori actati Τεκτονές an-  
gustiora habuisse spatia, & a naupē-  
go, aedificatore & pluribus aliis fun-  
se distingue: sicuti apud nos hodie  
naupēgos & quidam alii lignorum ar-  
tifices diversa nomina atque officinas  
habent ab eo, qui communis vocē  
bile si Falognas appellantur.

Sententia ; qui ad Equitum verf. § 25. sic adnotat : Τεκτονες  
Ελαρης οι τεχνητοι h. e. τεχνητοι sunt omnes artifices. At Suidas  
paullo aliter definit : TEKTΩΝ. Κοινος (310) τεχνητος ο λαος τοις  
τεχνητοις οι Εγιαληρ ειδηποι. Τεχνητοι εστι communis artifex : lapicida ;  
signorum peritus. Vides quantum sit ipter hosce grammaticos  
discriminis ; quoniam duo priores omne genus artifices , hic tan-  
tum lapicidam & materiarum ejus vocis omnibus complectan-  
tur . Sed hoc posterius verum est ; nec enim est dubitandum ;  
quoniam τεχνητοι vocabuluri non tantum lignarium opificem ; ve-  
rum etiam nonnumquam lapicidam & structorem designet.  
Neque ea notio tantum ex Homeri auctoritate liquet , cui ea  
vox etiam aedificatorem notat ( nam fort. poterat οἰκοδόμος Ho-  
mero τεχνητοι ideo dici , quia id genus fabricae totum ex lignis  
erat ; ut initio adnotationis 319. dixi ) verum etiam ex Jo-  
sepho ; apud quem lapicidae instrumenta ( 321 ) τεχνηται ape-  
pelantur.

(320) Suspiciatur antea , scripsi-  
pisse Suidam τοινοις τεχνητοις , hac  
sententia , ut τεχνητοι sit communis  
et universe artifex ; sive , ut  
loquitur Hesychius , οντων artifex  
eius universi generis duas tantum  
extimias species mox subjungi , la-  
picidam & materiarum . Si sic legi-  
gatur nullum erit inter Hesychinum  
ac Suidam discordium . Sed quia nul-  
lum Kusterns assert veterem librum ,  
qui τεχνητοι habeat ; recepta lectio  
non est sollicitanda ; praesertim  
quae verissimum vocabuli notionem  
complectitur .

Atqui , si recte iudico , ΚΟΙΝΟΣ  
apud hunc grammaticum Τεχνητοι  
sit vocabulum , & grammatica notio-  
ne accipiendum . Apud grammaticos  
τοινοις γένος est quod duobus  
communicat ; masculino & feminino .  
& τοινοις συνασπisti est tam bre-  
vis aquam longa ! & Latinis com-  
moniis verbis tam activae quam  
passivae significationis : Et omnino  
acceptione grammatica commune est  
duabus dumtaxat ; nam quod plurimi  
bus convenit , Omne dicitur . Isi-  
dorus I. orig. 6. COMMUNE dictum ;  
quod duobus generibus nomen unum  
communicat . : OMNE genus di-  
ctum ; quod cunctis generibus ser-  
vit , masc. & fem. neut. & com-  
moniis . Ego Suidas quoniam dicit τοινοις τεχνητοι

τεχνητοι , vultem vocem duobus opifi-  
ciis , quae mox subjicit , esse com-  
munem . At Hesychius quoniam ait  
Πλατος τεχνητοι , etiam τεχνητοι est  
illud τεχνητοι , i. e. ad universa perti-  
nentes genera .

(321) Josephis id VIII. αρι-  
χαιων 3. num. 2. Τοινοις vero tempib  
( Salomonici ) fabrici multa cum  
arte exstruetis est ex lapidibus poti-  
us , apta admodum levique commis-  
suram junctis ( οις μικρησ σφιξαι , μη-  
τη οικου τοινοις εργαλαι ΤΕΚΤΟΝΙ-  
ΚΟΥ τοινοις κατασκευαις εργαλαι δε-  
λούδαι ) ut intuentibus nullum us-  
quam mallei ( sive potius acisculi ,  
qui Graecis τύπος , interdum &  
σφιξη dicebatur , quod nostris la-  
picidis hodieum si mortale dic-  
tum ) aut cuiuslibet instrumenti ΛΑ-  
PIDARIJ ( sic enim heic vertendum  
esse illud εργαλαι , Suidae auctor-  
itas cogit ) appareret indicium ; sed  
illis non adhibitis , materiam omnem  
congrue coagimentatae fuisse : itaus  
sua sponte prius cohercere , quam vix  
ferramentorum , videatur . Quoniam  
quoniam ita fint ; erravi ( quid enim  
dissimilem ) sup. pag. 200. not. 244.  
col. 21. lin. 8. ubi Tzetzem repre-  
hendi , quod τοινοις h. e. A sculpsisse  
appellaverit εργαλαι εργαλαι . In hoc enim ille Josephum auctor-  
item habet locupletissimum . Huic  
inservit

pellata reperio. Quin etiam & ex voce ~~de grecis~~ id ipsum confirmatur, quae arti structoriae (322) cui lignaria communis est; ac postremo ex diserta Pollucis auctoritate (323) cap. 26. extremitate; & ex Iudoro, qui structores Graece Τίκτορες appellari ait: de quo inf. not. 328. Ex quo intelligis, id esse verissimum, quod sup. (c. 2. ubi de *Astia structoria* pag. 199.) tetigi, structoriam ac lignariam artes sorores esse, eadem utriusque instrumenta numerari, postremo usquamque artem Homero, igno & Josepho, Polluci (fort. & aliis) ~~negavimus~~ nuncupari.

Venio nunc ad Hesychium. Cujus gravis in primis grammatici auctoritati quid respondebimus? Verum primum omnium quantumcumque auctoritatis Hesychio tribueris, nihil ad Pollucem; nihil ad usum scriptorum omnium, de quo infra. Ut omittam, quam sinistre de Alexandrino isto senserint Caesar Scaliger, Rich. Bentlejus, Reinesius apud Fabric. Bibl. Graec. lib. IV. c. 35. ad finem num. VI. Sed sit sane eximius. At negari non potest, quin multa ex aevi sui loquendi consuetudine petiverit. Quid si enim suspicer, posteriori (324) Graeciae οὐ τίκτων fuisse τέκτων? Quae loquendi consuetudo suorum temporum fort. Hesychium (quem ex pluribus indi-

cili

se ferri potest, quod verbum ~~τέκτων~~ (quod ceteroqui de operibus lignariis passim usupatum reperio) Procopius in de Aedificiis I. 1. de structoribus usurpavit. Ambemus, inquit, Τραλλιανός . . . τὸ τεκταινομένοις τὸ εἶχε πυθμένων τὸ τεκτόνεν τὸ προσώπου μεταξύ αὐτῶν τὸ διάλυμα h. e. digerendo fabris operi intentus, agendorumque imaginib[us] praeformatus. Et quod alter ille Judaeus Philo idem verbum de mundi fabrica posuit: τὸ κόσμον δροῦς τεκτήνας: nūculum morbi exponens οὐ fabricatus. Nam mundi fabries ad structorianam potius atatem ~~μητρογένης~~ referuntur, quam ad lignariam.

(322) Vocem *Aρχιτέκτονα* de *οἰκεῖοις* pluries accipi, non est dubium. Adeat qui volet H. St. aliosque lexicographos. Etiam Latini eo significatu id vocabulum usurparunt. At de arte lignaria nondum quisquam exemplum procularatur. At equidem paullo superius not. 319. ex Platone & Josepho &

alii exempla deponunt. Vide si lubet.

(323) Jul. Pollux ad finem cap. 26. lib. VII. inter aedificatoris nomina posuit, τὸ λεγόμενον τὸ λεγόν, deinde subiecit hanc: εἰ μὲν τούτῳ τὸ τεκτονικὸν τοῦτο τὸ τεκτονικόν τούτῳ. Nisi hoc, inquit, (h. e. artem lapidariam) γενέσθαι τεκτονικόν dicieris. Ex quo videtis, putasse hunc grammaticum eam artem, cuius lapidaria est administrata (structorianam scil.) nihil esse minus ~~τεκτονικόν~~.

(324) Apud Nicephorum Gregoriam lib. IX. initio cap. 6. Camaritis & Castellanus sive ΤΕΚΤΟΝΙΚΗΝ την πατρίοντα τὸ τεκτονικόν h. e. subtilem quandam artem exercentes urbem Constantinop. prodiderunt. Videntur heis enim ~~τεκτονικόν~~ esse vox universa generis. Verum, us bona fide agam, illud τὸ τεκτονικόν aliquem non necessario arguit, putasse Gregoriam universa profusa opifcia appellari *τεκτονικόν*; sed eo pertinet, ut Camaritis & Castellanus

elis minus aliquanto, quam volunt, antiquum reor) impulerit, ut  
 liberet, omnes opifices τέκνα comprehensione contineri. Accedebat eodem etymologiae ratio. Quid enim ea vox non generalis Hesychio videretur, quae sit a τέκνῳ fabricor, quod verbum de cuiuslibet generis opificiis usurpatur? Qui tamen animadvertere debuitset, in compluribus nomen universi generis evasisse unius rei peculiare: ut in hac ipsa arte lignaria Graecum Τλα & Latinum Materia, quae sunt certe rebus omnibus ad fabricandum idoneis communia, tamen peculiariter lignum significat: credo ex eo, quod antiquitus fabricas omnes, etiam donorum, ex ligno ficerent. Sed & illud fieri potest, ut Hesychius, quippe Alexandrinus, Alexandrinorum (325) laquendi constitutinem expresserit, quando τέκνα scripsit esse μετρίαν πολύτιμην. Postremo, quidquid de Alexandrinorum dialecto sit, nec dum enim Alexandrinos scriptores [326] probos γεννητήσις notionem ei vocabulo subjecisse deprehendi at LXX Seniores certe (sic Graecos Bibliorum interpretes trito vocabulo punctum puncupamus: quos domo Alexandrinos fuisse, vulgo contentur) generali significatu saepenumero vocem τέκνα (327) usurpaverunt.

ex tot illis artibus lignariis (quas sup. not. 319. ex Eutathio & Pollicio enumeravi) aliquam exercuit, aut certe lapicida aut structor fuerit, quos etiam sup. ex Suidā & Pollicio & aliis τέκνας interdum fuisse puncupatos ostendit. Adde quod Gregorae huic suppar Jo: Cantacuzenus III. 82. inceninit καὶ τὸ διεργατήριον εἰδοῦσανταν, τεχόντων h. c. τεχόντων τεχερην αεισκαντινον: nū vero id aedificium torum lignium erat: quod tamen intutum sufficit.

(325) Alexandrinis peculialem quandam διάλεκτον fuisse, docent libri de ea re scripti ab Ireneo quodam apud Suidam, & a Demetrio Ixione apud Athenaeum.

(326) Imo contrarium in Alexandrinis aliquot reperio. Philoni in L Allegoriar. Legis, quaedam artes in contemplatione non item actione veriantur, ut gē metria, altronomia: ἐπιστὴ τεχνικὴ μὲν, & θεωρητικὴ δὲ, Γέροντι, χαλκηρι, καὶ δοκιμαστικὴ δὲ, βάθυνος φύλαξ, quae tamen rursum accipiuntur: de nos

contemplatrix, veluti materiaris, aeris, & ilitberates ceteras. Clementis Alex. locum, necnon & Orogenis in VI. contra Celsum infra not. 339. producam, ubi Τέκνα εἰτ λιγνarius artifex. Ac plura, qui riam velit, inveniet.

(327) Τέκνα LXXviralem saepè γεννητὴν εονθύμον; idque ex Hebreis scil. sermonis ingenio.

Negari quidem non potest: quin plurimum Seniores id vocabulum proprie pro materiario accepint: quem in censum referri possunt ea loca omnia: ubi τέκνα cum aliis artificibus conjungitur s. veluti 4. Reg. XXII. 6. & 2. Par. XXIV. 12. ubi cum εἰδοῦσις componitur; & 4. Reg. XXIV. 14. 16. cum συγχετότες; & 2. Par. XXIV. 12. ut & Eld. III. 7. neccitum cum λατόμοις: Isa. vero XL. 18. & imēpi. Jfr. ver. 39. cum ρευστοῖς, & Isa. XLI. 7. cum χαλκᾷ. His enim locis τέκνα peculiare nomen materiarii est, haud cēste minus quam aedificator, inclusor, lapicida, masticis, fitterius, quibuscum jungitur,

surparuit; Atque ea certe causa Hesychio fuit, ut scriberet;  
**ΤΕΚΤΩΝ.** Πᾶς πλευρα. Ad Seniorum, inquam, loquendi  
 consuetudinem prorsus spectavit ille, quando sic scripsit; quippe  
 quem scimus plurimas passim LXXvirales *θεάς* in suum  
 Glossarium congesisse. Atque haec de Hesychio.

Nunc de Aristophaneo Scholasticæ facilis est responsio, il-  
 lum bona fide hanc suam adnotationem ex Hesychio descripsi-  
 se; ac totidem quidem verbis; nisi quod tantum Hesychii sin-  
 gulare in plurativum τέκτων εἰ τέκνιο commutavit, non alia  
 certe de causa, nisi ut adnotationem suo Auctori accommoda-  
 ret; qui comicus τέκνιος num. multitudinis dixerat. Atq. haec  
 de duobus grammaticis, quibus dubitabam utrum deberem &  
 Isidorum adjungere, cui tantumdem videtur esse Graece Τέ-  
 κτων, quantum Latine *Artifex*: sed tamen *artificem* patet cur  
 ibi. (328) Isidorus intelligit:

cur, opus certum notant. Sunt &  
 alia loca, quibus non dubites eam-  
 dem prorsus notionem ei voci tri-  
 buere; veluti Ex. XXXI. 5. τε  
 τέκτων τέκνη έγινε εδωσε; &  
 IIa. XL. 20. Εύλογος. . εὐλόγητος τέ-  
 κτων. & XLIV. 19. eadem locutio.  
 Jer. X. 3. Εύλογος εγίνε ἔργον τεκτώνες.  
 In epist. Jer. verbu. δ. lingua eorum  
 τεκτουμένον οὐδὲ τεκτόναν. Sap. XIII.  
 11. μλοτέρος τέκτων. Sirachidae  
 XXXVIII. 30. Τέκτων & δεξιε-  
 γρος est qui e ligno statuas facit.

Tamen ne illud quidem negari  
 potest, quin alias quibusdam locis  
 ei vocabulo Graeci interpretes sub-  
 jecerint γενιτάρες notionem; ut  
 e. Reg. XIII. 19. τέκτων σιδήρος, &  
 3. Reg. VII. 14. τέκτων χαλκοῦ. II.  
 XI. IV. 12. αγειτε τέκτων ferum.  
 Baruc. III. 11. αρχέτον πηταγε-  
 ος. Os. VIII. 6. & XIII. 2. de con-  
 ditiili id vocabulum usurpatur.

Huc etiam referri possit τέκτων,  
 Εύλογος, quod reperitur 2. Reg. V. 11.  
 & 4. Reg. XII. 11. & 1. Par. XI. V. 1.  
 & XXII. 15. Nam ex eo ipso addi-  
 to Εύλογος constare arbitror τέκτων  
 LXXviralem esse γενιτάρες, &  
 ad alia quaecumque op. hinc recte  
 transferri. Nisi vero volumus Se-  
 niores illos ad Homericum Εύλογος  
 δογμα fabrum. lignorum spectabile  
 de quo vide Eustathia adnotata sup.

Accen-  
 not, 319.) quod non puto. Re enim  
 vera illud Seniorum Εύλογος  
 respondet Hebraico כְּבָרָשֶׁב (i.e. artificis ligni)

ebrasbei ets (i.e. artificis ligni)  
 quod iis locis in fonte legitur. Et  
 ceteroqui certum est Graecos Biblio-  
 rum interpres fixum hoc ac deli-  
 natum habuisse, ut Hebraicum

שְׂרֵב cbarasb (i.e. artifex)  
 non alio vocabulo, quam γέντρος  
 committarent (certe enim ubicum-  
 que Hebraeum illud nomen occur-  
 rit, pro eo Graece γέντρον ponitur,  
 paucissim locis exceptis: Τέκτων  
 vero vicissim numquam alteri He-  
 braeo nomini, quam quod supra  
 posui, respondet) quare ex eo sae-  
 cum est, ut LXXyialis γέντρον non  
 peculiaris materiarum, ut apud ce-  
 teros Graecorum, fuerit, sed γέ-  
 ντρος. Hebraici vocabuli Cbarasb i.e.  
*artifex*, cui respondet, notionem  
 ingeniumque induerit. Id quod in  
 sexcentis aliis vocibus τέκτων  
 est, ut eae interpretandæ sint non  
 ex usu Graecorum, sed ex vocabu-  
 lis Hebraicis, quibus responderent: ut  
 διαθέτων apud Seniores non est, quod  
 Graece ea dictio valeret, sed quod  
 Hebraicum Berib, pro quo po-  
 nitur, i.e. sbedus.

(328) Isidor. in XIX. orig. 8.  
 fabres

Accedo jam ad recentis aevi viros Graecos doctissimos, & quantum exstat lexicorum, nec non Latinarum e Graeco interpretationum. Horum ego inveni neminem, qui de **ΤΕΚΤΩΝ** aliter statuerit, quam ut sit universi artificum generis vocabulum. Nisi quod H. Stephanum vidisse hanc, de qua tamdiu disputo, Graecae dictioonis proprietatem, non est ambigendum. Nam quaecumque in suum Thesaurum ejus nominis & inde derivatorum (329) exempla contulit, ea non possunt aliter quam de lignario sive artifice, sive opere, sive arte intelligi. Quod quum & ipse vir summus ibi animadverterat: tamen ad ultimum contrariis, quas afferat, Hesychii & Suidae auctoritatibus, quas modo expendimus, pene (330) fractus vide-

**Fabri autem** (inquit) *sive artifices* Graeci **Τεκτωνες** vocant, *idest instructores*. Ubi non universum fabrorum sive artificium genus Graeco **Τεκτον** respondere vult, sed eos, quos libi in titulo proposituit, *Dofabricis patresum*. Id quoque ex adjuncta interpretatione altera *idest instructores* asequor: pro quo tamen non dubito quia *structores* sit legendum. Peccatur hoc saepe in MSS. ut incipientibus ab it, sp &c. addant initio I, ut apud eundem Isid. infra cap. 10. *pro strictura* legebatur in veterib. cod. *instructura*. Pergit deinde Isid. *Architecti autem caementarii sunt, qui dec.* Adiecta vox *caementarii* ostendit, *Architecti* nomen *γενιταπος* esse, & etiam rei materiae communem, ut sup. ostendimus not. 319.

(329) Ac primum afferat Plutarchi in Pericle locum, ex quo iuvenitissime της τέκτων proprietas deprehenditur, ubi οὐδὲ h. c. *λιγνο* sic τέκτων responderet, sicuti οὐδὲ λιθορύς, χαλκός τεχνητος &c. Xenophon in ταῦτας tertio dixit τέκτωνς τε καὶ λιθοδόμος; & in V. *Χαλκίς* τε καὶ πεντάς τε σκυτάλων. Et Hellenicor. IV. μετ' λεπτόντων τε τεκτόνας. Thucyd. in VI. λιθολόγυς τε τέκτωνς. Quae loca eo pertinent, ut τέκτων non sit generis nomen, sed peculiare opificiū complectatur, non minus, quam ea vocabula quibuscum conponitur.

Deinde addit & illud Homericum Od. T. ubi Icmalius τέκτων lectum ex ebore fecisse dicitur. Idein Steph. in *Αριστοφόρος* afferat illud Poetae II. Ψ. ubi τέκτων in contingente τος αριστοφόρου h. e. *αρεσταρια tigna* huc *tribicinae* similes componere dicitur. Sed talia plura Homeri loca vide sup. not. 319. ubi de Eustachio. Idem Stephanus in Στρόφη produxit illud Sophocleum ἐξ Athenaeo, οἵ τέκτωντες παρὰ Στρόφην ιδρυς ορθος γαρον. Et illud Ammonii in Praedicam. Arist. οἵ γαρ οἱ τέκτωντες σοδην κάλενται. αρτες διάστροι τόποι ορθοι εύλογοι οἵ παραπλέοντες.

Aduac in *Τεκτωνες* profert ex Diostoride V. 112. *Τεκτωνικη μήτης*. Et absolute *Τεκτωνικη* Arisoteili in Probl. *artem lignariorum* notat, ubi nescio cur Gaza *artem aedificatoriam* transponere maluit. Aeschines in Ctesiph. τε της τεκτωνικης διανθίσια βαλεμένα το ορθον καὶ το πατητον, τον κανόνα προσφέροντα. In *Τεκτωνικη*, ponit illud Theophrasti V. 8. ubi juniperum utilem οἱ τεκτωνικης dicit. Atque haec sunt apud Stephanum exempla, quae vix possunt alio quam ad artem materiarium pertinere. Quorum locorum bona pars in antiquioribus lexicis reperitur; sed antiquiores illi *τέκτων fabrum γενιταπος* interpretantur.

(330) Duxi pene fractum videgi, quippe qui in illa Epipidis lo-

gutio-

**Videtur . Adeat , qui volet eum optimae frugis thesaurum : si**  
**enim sciat plura mea , ex probis (331) auctoribus posse notio-**  
**nis**

ditione *Tetraevag* *xanophy* putavit se  
~~genuit~~ Hesychii & Suidae notio-  
nem reperisse: quae tamen est me-  
taphorica acceptio, qualis in hoc  
vocabulo saepissime occurrit in  
Pindaro, Aritophane, & aliis.  
Mitto quod idem vir doctissimus ce-  
reras voces a *tékta* derivatas, ut  
*Tetraevad*, *tektola*, *tektovón*, *te-  
ktovón*, *tektoví* &c. *tektos* inter-  
pretetur, non secus atque in aliis  
lexicis tradicuntur. Tanti nim,  
apud eum Hesychii auctoritas fuit.

(3:3) *Lo orum evanaywyd ex omnis  
generis Scriptoribus de usq;  
vocis Textus, & inde  
disvalorum.*

Pollucis , Glosſarum , Stuidae ,  
Eustathii auctorates satis mihi fu-  
geuras exigitissimum ad definiendam  
veram vocis **Tέχνης** significationem;  
nisi contra hos ex adverſo starent  
Hesychius , & Aritophanis Scho-  
liaites , eti minoris hi quidem  
prae illis dignationis . Nunc ut  
hos indiligentiae atque erroris ar-  
guerem (eti satis id quoque supra  
pag. 268. 269. praetitum iuit, quando

**¶** **חֶשְׁכַּי** LXX, quibus **תְּקִרְבָּה**  
ebas per vocem **Τέκτων** ubique  
reddere fixum esset, prae oculis suis  
se demonstravi: Scholasten vero  
bona fide id ex Hesychio descri-  
psisse) tutissima illa, et si plena  
molestiae, via visa fuit, ut per  
omnes aut plerosque Graecos scri-  
ptores, qua possem circumire,  
videremque an vel unum deprehen-  
derem locum, ubi pro universo arti-  
ficium genere, aut aliter quam  
pro materiario, **Τέκτων** accipere-  
tur. Sane reperi nullum, exceptis  
duabus tribulis locis, ubi pro lapi-  
cida aut structore usurpatur, quos  
sup. not. 321 adscripti. Itaque ve-  
ra est Suidae finitio (imo & Pol-  
lucis: vide sup. not. 319) id no-  
men materiario cum aedificatore  
comune facientis. Etsi quia de  
structore aut marmorario rarissima  
sunt exempla, licet ut universo se-  
cundum

*rum materialium reddere, nisi si quando peculia is in scriptoribus ratio pro aedificatore militet. Quin autem mei docendi causa cum labore in acupandis Scriptorum locis exhaustissim; cui eadem loca cum aliis non communicare? Itaque contuli ea in hanc annotationem, cupidis aliquando fort. usi futura, fatidicibus autem tuto praetercunda. Simul monitos letores volo, ut siquem unum locum antiquorum nanciscantur de alia, quam materialia aut vero iuctoria fabrica ( quod non angor fore ) monere id non graventur.*

Homeri loca quando jam supra  
not. 319. *προμήτης*; ab ejus re-  
quali aut suppice Hesiodo ordinar-  
jus noti sunt illi versiculi initio he-  
cet. v. 25. Καὶ τεραῖς τεράτων, Καὶ τη-  
χές τετραῦ φορέας, καὶ αἰσθῆταις  
δὲ. Iuxi τεράτων non unius, quam  
τεραῖς, non est universi generis  
sed certi opificii nomen. Sic etiam  
Plutarchus in Nūnā (p. 11. D. ed.  
Francos.) cum τεράτων & τεραῖς  
& plures alios junxit. Divisi au-  
tem civitatem per artes, nimirum tibi-  
cijnum, aurificum, maiestorium,  
(sic enim vertendum fuit illud or-  
nōdōν, non vero fabrāν, quod est  
vocabulum universi generis, quod  
vulgatam interpretationem obdet;  
quid enim inter tot certa opifia  
Fabri faciunt? sed hoc, uti semel  
dicam, malum per omnes late  
Graecorum scriptorum Latinas in-  
terpretationes grastatur: nec est, quod  
deinceps de eo levicito peccato mo-  
neam) tinctorum, suorum, cora-  
riorum, ferrariorum, figurarum &c.  
Et quando semel Plutarchi memini-  
is in συμφορ. lib. III. extremo his  
scriptum reliquit: Τὸν μὲν γέ-  
λαυ τὰ περιφόρα ταῖς ταυταῖς  
ἀποβάλλειν εἰ τεράτων &c. Ligna  
enim in penitentio causa fabri ligni-  
rii respiunt, uerote censera & pro-  
pter bumborem facile suscensentia.  
Bindarus semel proprie id vo-  
cabili

*cabulum usurpavit (nam alias fas-  
pe μεταφοράς) de currū artifice.  
Pyth. V. 47. Χειροπέδην τεκτόνων δαι-  
δίματ' ἄγων &c. manibus compin-  
gēnium materialiorum opera arti-  
ficiosa afferens. Vide locum.*

Euripides: Τεκτών γέρε ἀν, ἐπαρ-  
τες & ξυλορύπα. *Quum sis materialius &c. Aut h. veritū verū reddi-  
ce amas; Iicebit more Pliniū (de  
quo infra) Fabri vocem peculiariter  
accipere: Quum sis faber, tamen  
nādū facis lignaria.*

Venio ad Aritophanem, qui (praeter  
locum pulcherr. de pelecanis  
τεκτών sup. pag. 204. col. 1. v. 10.)  
Pluto 163. τὸ τεκτονεῖδα non γε-  
νᾶς pro Fabricor, sed peculiariter  
pro opificio lignario posuit; sic  
enim ibi Chremylus fētive satis  
Plutum alloquitur.

Artes iste omnes art. praefigiae & dolis,  
Excogitata, Plute, tua sunt gratia.  
Sutoris aliis artēs sellulariam  
Gerit, aliis ferrariam, bic Lignariam.  
(Graece: Εἴπερ δὲ χαλκία τις, &  
τεκτών). Etiam Plato in VIII.  
de Leg. [pag. 846. ed. Serr.] duas  
eas artes inter se opposuit in ele-  
ge, ne quis duo opifia exerceat:  
Μηδές χαλκίων ἀμα τεκταινέστω.  
καὶ δέ αὐτοκατανόμανος χαλκίων  
ἄλλων ἐπιμελεῖσθα. (Pergit Comicus)  
Alius fiat aurum, nempe quod ei tute  
das

Alius spoliator, aliis parieres fodit:  
Est ille fullo, as ille locor pellitum,  
Hic coriarius, ille caepas venditum.

Apud eundem Lystratā 675.  
Αλλα καὶ ταῦς τεκτωνῶν. Sed & na-  
ves fabricabunt; iam enim sup. not.  
319. vidimus, esse etiam naupego  
(quatenus scilicet materialius est)  
commune τὸ τεκτωνικόν.

Sed ejusdem Comici locum pul-  
cherrimum Equitibus 460. non pos-  
sum non adscribere, in quo usus  
verbi τεκτών ita μεταφοράς eit,  
ut tamen inde aperte intelligatur,  
ex officina materialii eam ductam  
esse translationem, ac tantumdem  
esse Graecis τὸ μεταφοράν τεκτώ-  
νων, ubi de fallacis agitur, quod  
Plauto et Exatio.

Tauti μετ τὴν Δημόσια μὲν εἰδή-  
σαν  
Τεκταινόμαντα τὰ πρότυματ', αὐτὸν  
πεισάμην

Γουφάμενό γε πότε τῷ πολλούσσῳ  
Non mi latebat, per Cererem, ne go-  
tia bīc

Exasciata: nam sciebam jam omnia  
Gompoisq. glutinoq. commissa affabre-

Eadem metaphora occurrit A-  
charnenibus 660. Πᾶν ἐπ' εὔολ τε-  
κτωνεῖδα h. e. Nullum non ad ver-  
num me dolum exasciet. Confer haec  
cum Plautino loco, quem sup. pag.  
123. not. 155. illustravi. Afin. II.  
2. 93. Jam voc opus est exasciatur.  
Non enim aliud, quam producta  
Aritophanis loca exprimere fa-  
gebat Latinus noiter Aritophanes,  
quando haec scripsit. Uterque co-  
micus de iuendo dolo agebat, uter-  
que ab arte lignaria translationem  
petivit; quod ille τεκτώνων, id hic  
exasciare dixit. Ac tritura est Gu-  
therinus (sup. pag. 16.) qui ab opere  
tektorio id translatum putavit, fru-  
stra Muratorius necio unde arces-  
favit. Non aliunde enim quam ab  
Aritophanis Equitibus, & ab opifi-  
cio tignario sua lux Plautino loco  
affunditur. Nisi quod tamen Arito-  
phanes perfectum opus praeferat,  
alter ruditer informatum. Illud  
etiam ex Aritophaneo Τεκταινόμαντος,  
credo, transtulit Plautus, quod ex  
eius Afinaria citat Nonius in Fa-  
bricantur, quod tale eit: Fabrica-  
re, quidvis communiscere.

Adhaec Xenophon in VI. Pa-  
diea pag. 151. eos qui munitiones  
turrique aedificant, Τεκτωνας ap-  
pellat. Τέκτων δὲ εἰς τὸ θύτη σχε-  
δὸν πυργόδου.

Jam vero Platonis illustria alia  
quot loca afferam, quorum unum  
jam depromere occupavi modo in  
Aritophani Pluti verbis. Deinde in X. de Rep. (ed. Serr. p. 597. B.)  
tres κλίνας five tria cubilia exem-  
pli causa ponit, unum a natura, si-  
ne ab auctore naturae Deo factum.  
alterum a κλίνῃ h. e. electorum arti-  
fice (& hunc TEKTONA appellat)  
nam & ex Polluce sup. not. 319. κλί-  
νῃ πυργίᾳ, ad τέκτωνα pertinet) tertium  
a pictore. Quae videsis in magno  
Philosopho. Alter insignis locus est  
in Philebo (ed. Serr. 10. 2. p. 56. B.)  
Τεκτονικὴ δέ γε, οἶμαι, πλέονε  
μέτοις τε καὶ θρησκευοῖς γενουμένην.  
κατάτε ναυπηγίαν, καὶ κατ' οἰκεῖα  
μοι,

πλοι, καὶ οὐ τελοῦς ὀλοις τῆς Εὐ-  
λυρίκης· κανόνει γάρ, οἴκαι, καὶ  
τέρην ἔχει, καὶ διαβήτην, καὶ σῖδημ  
&c. Ioi serranus τεκτονικὸν vertit  
architecturam; quod & mox in lo-  
to, quem ex Stobaeo producam,  
factum fuit, ut & intra in Luciano:  
sane pessime. Artem materialiam  
( ait Plato ) reor, pluribus & men-  
suriis & instrumentis usenem &c.  
sum in navibus fabricandis, tum  
in aedificatione, multisque in aliis  
artis lignariae partibus: regula enim,  
opinor, & tornio utitur, & circino,  
& amissi &c. Idem philosophus apud  
Stobaeum ferm. 59. al. 3 περὶ τε-  
κτονικῶν αὐτῷ ξύμπασσαι χαραγγεῖται  
Poltremo idem vir summus apud  
Laetium in ejus vita num. 100. ar-  
tes tres in classes partebatur, pri-  
ma earum, quae materialia ( veluti  
metalla aut ligna ) praeparant; al-  
tera earum, quae ex ea aliquid con-  
ficiunt, tertia earum quae his fa-  
brefactis utuntur. In earum trium  
classeum altera exempli causa haec  
verba ponit: εἰ μὲν γάρ τοι σιδηρός  
ἢ χαλκότικός ἔτιδα ποιεῖ· εἰ τε-  
κτονικὴ εἰς τὸ ξύλων αὐλαῖς καὶ λύ-  
ρας. Nam ex ferro ars ferraria arma  
fabricat, ex lignis materialia tibias  
& lyras facit: quae ut dixi exempli  
gratia ponuntur. Huic simile est  
quod Bion poeta bucol. fistulæ pasto-  
ritiae fabricam τέκνον tribuit; sic  
enim scripsit: Οὐ καλὸν, οὐ φίλε,  
τέκνον λέθον ποτὶ τέκνον φοιτήν...  
αὐλαὶ καὶ αὐτὸς Τεχνᾶται σύγγεγα-  
&c. Haud commodum est, amice,  
quacumque de causa ad materialium  
stare. sed & ipse tibi fabrica fistu-  
lam, καὶ τὰ ἑξῆς.

Apud Dionysium Halic. in V.  
Antiq. Rom. ( ed. Wechel. p. 309. )  
Sabini lignatum egressi, interrogati  
a Valerio, quid eorum imperator  
paret, respondent, eum scalas &  
pontes fabricare, λέγοντες, οὐτε κλί-  
μασσος τεκταντες καὶ διαβάσσας.  
Ejusdem duo aha maximi momenti  
loca infra producemus not. 335.

Diodorus Siculus lib. 2. ubi de  
Hieroglyphicis litteris: Συνέβη-  
ντε μὲν τοῖς τύποις σπάζεσσιν  
εὐθὺς θεοὺς ζεῦς παντοδαποῖς καὶ  
αἰγανεῖοις ἀνθεῖσται, οὐ δὲ ὁρα-  
τοῖς, καὶ μάλιστα τεκτονικοῖς. Λα-

rum formas cuiusvis generis anima-  
libus, & bonum membris, adosae  
autem & instrumentis, maxime li-  
gna iis, similes esse vidcas. Rhodo-  
manum, qui vīm vocis Τεχνίας  
ignoraret, in hujus loci, qui no-  
stro argumento faverit, interpretatione  
ratio fugit. Interim quam  
vellem hieroglyphicorum e τεκτονικῶν  
petitorum explicationes existarent;  
ex iis nullo negotio disceremus,  
quid Ascia in hieroglyphica scri-  
bendi ratione valeret; magis certe  
quam ex Pierii Valeriani iis, quae  
iup. pag. 7. recitavimus.

Galenii loca aliquot vide sup.  
pag. 250. & seq., ibi not. 293. καὶ  
τὸ τεκτονικὸν σχέπαρα: ad modum  
aciarum lignariarum. Et pag. 252.  
not. 297. Ασιαναν enim ( οἱ τεκτονες )  
materialis appellant instrumentum  
quoddam, quod sua extremitate,  
( καὶ δὲ τέμνει τὸ ξύλο ) qua ligna  
dolat, modice flēctitur. Et pag. 253.  
not. 299. διὰ τὸ τεκτονικὸν αἰραν-  
δων σπερδόμων δοκεῖ. a lignaris a-  
scis ita appellatum videsur vincu-  
lum ejusdem nominis. Et pag. 254.  
not. 300. οὐ τὸ τεκτονικὸν σχέπαρα.  
Idem in II. de sanit. suenda scripsit:  
Et ut semel dicam, omnis dominus  
( πάτερ ) οὐ τοις ἀπεκρινεῖ· sive arti-  
fices, sive securi, qui corpore sese ex-  
cent, motuum suorum vires igno-  
rant, uti ( οὐρκναὶ, ναυτιλοι, π-  
χονες, οἰλιας, γεωργοι, χαλκει,  
οἰκοδόμοι, σκυτοτόμοι &c. ) sal-  
tatores, nautae, materialii, pi-  
ctores, agricultores, aerarii, aedifica-  
tores, futores &c. Vides sub γνωμῃ  
voce Τεχνίας continent peculiarem  
Τεκτον, h. c. materialius. Et in I.  
disparat. med. c. 1. Atque hinc ade-  
fit, ut & ( σκυτοτόμοι, καὶ τέκνοι  
καὶ βασιφεις, καὶ χαλκεις επιπλόδοι  
ἢ οὐ ποιεις τοις ἀπεκρινεῖς ) futo-  
res & materialii & infectores & ac-  
rarii & in medicinae opera insiliant &  
suas antiquas artis magisterii vale-  
dictio. Et iam sup. extrema adnotations  
319. illustrem Galeni locum protulit.  
Arrianus in Epistero IV. τε  
Τεκτονος signum διαχειτάνει ποιεῖ  
τὸ σκεπαρνον ασιαν. Mox ibid.  
Quem quis male dolentem ligna vis-  
cerit, non dicit. Τι δὲ φελος τεκ-  
τονικης; οἰδεις οἱ τεκτονες οἰκαι τοιοῦται,

nis arti lignariae peculiaris exempla huc comportare, partim  
antea nūhi observata, quam Stephanū thesaurum in consilium  
adhibere m<sup>o</sup>, proprium dūm in his esse; quae omnia ea perti-  
nent, ut TEKTΩN ejusque familia nonnulli ad materiaria m<sup>o</sup>  
artem referatur. Etsi non eo inficias paucā quaedam loca extare,  
ubi de arte lapidaria usurpetur: vide sup. not. 322. & Suidas  
locum. Re enim vera per magna inter utrumque opificium af-  
finitas intercessit: eadem utrobique instruuntur, idem agen-  
di modus (do quo vide sup. pag. 199.) ut non sit mirandum, si  
TEKTΩN indeque derivata vocabula sint utriusque artis peculiares.

Ex hucusque dictis facile colligitur, non esse amplius  
dubitandum, quid apud Matthaeum atque Marcum <sup>τέκνα</sup> significeret,  
quodvde Josephi CHRISTIQUE ipsius opificium fuerit.  
At, inquieres, Graecum Matthaei interpretem veritatem est,  
Seniorum dialecto usum fuisse, eamque vocem non pro ligna-  
rio artificio, sed communiter usurpasse. Huic arguimento ut  
respondeam, possem ostendere, alium Judaeorum Alexan-  
drinorum ( unde domo Interpretes Graeci fuerant ) alium Pa-  
lestinorum <sup>τάναγρα</sup> fuisse. Sed ne rem longius protraham, jam  
supra notavi in Graecis ipsis interpretibus multo esse plura lo-  
ca, quibus <sup>τέκνα</sup> de opere tignario usurpetur, quam ubi ad  
alia fabrefacta producatur. Et omnino <sup>τέκνα</sup> hujus causa  
interpretibus illis non alia fuit, quam quod origine magis  
quam usu, vocis <sup>τέκνα</sup> adducti ( quae vox est a <sup>τέκνον</sup> fabricor )

statuis-

<sup>τεκνά τὰ τουντελον λέγει,</sup>  
<sup>οὐτούς εἰσὶ τέκνα, τέλεχδ γέρε</sup>  
<sup>ταντό. i.e. Cui bono ars materiaria?</sup>  
acc. quam inscrite se gerunt materi-  
ariis! verum tontra dicit, bunc  
opores non esse materiarium, qui  
tam imperite dolat. Idem deinde de  
musico ponit exemplum. Paria de  
Tarentis & musica reperies in II. 14.

Lucianus in dial. de parafusio, si-  
ve quod ars sit parafusica ait: Sed  
bas fūr. arses ( puta musicam, geo-  
metriam, rhetorican ) propter dif-  
ficultatem non didicisti: at ex ( δη-  
μοται ) popularibus ( sive vulgari-  
bus ) illis quān̄ m̄ tenes? ( Tarento-  
nus ἡ οἰκουροπολεῖται ) lignariam  
ne an surrinam? At ibi interpres, quo-  
ptor, Tarentos in scite arcitecloniam  
reddidit. Apud Polyaenum. VII.  
212. Datares Sinopenis, classem ha-  
bitib. ( εὐρὸς ταυτηδύν τῇ τετρών

<sup>ἀποφύγεις ipse ναυπερίς, αλισq. ma-</sup>  
teriaris carens: at interpreti <sup>ταυτη-</sup>  
<sup>δύν</sup>. est particip. ) insidiatur:

Possim & SS. Patrum, velut  
Justini, Origenis, Basili, Chrysostomi,  
Theodoreti, alior. loca reci-  
tare; verum ei opportunius intra  
( vide not. 339. ) producentur. Ad  
haec & alia plura passim, prout usus  
potulavit, scriptorum loca tota hac  
inancissa deponsi, ac porro infra de-  
ponam, ex quibus idem ostenditur.

Viso, quid probi scriptores TE-  
KTΩNA appellaverint, illud etiam  
est animadvertisendum, artificum u-  
niversum genus numquam <sup>Τέκνα</sup>  
( non enim dubitem, causa cadere, is  
vel unum ex probis autribus γέ-  
νες notionis exemplum produca-  
tur ) sed plurimum <sup>Τέκνα</sup>, alias  
& <sup>θημηγεδε</sup>, & <sup>χερούχες</sup>, ac  
etiam, sed raro, <sup>χαρωρεγερες</sup> vocari.

874

Ratuisserit Hebraicum וְאַבָּשׁ non alio, quam τεκτονικόν, vocabulo comutare. Ac ne plura: utebantur Evangelistas πάτερ LXXviribus tum, quum res esset p Scripturis petenda (ac ne hoc quidem perpetuo) aut saltem ubi ad Scripturas ali- quid allusionis esset: at in Christi rebus domesticis quid quae- so intoreras seniorum dictionibus uti? Quam multa ac pene in- numerabilia ἐπαντίκαια in Evangelii bene Graeca, quae οὐδεὶς οἶδεν LXX, elocuti erant? Postremo vel si heic LXXviral modo loqui Divini Scriptores voluissent: at voces τεκτονικόν addidissent more seniorum πατέρων τὸ ιερουργεῖον, dixissentque τεκτονικόν ξελόν, aut ζελόν, aut εἰδόντες, quomodo illi locuti reperiuntur. Vide sup. not. § 26. Nam profecto quis sibi persuadeat, duos Evan- gelistas in notando Sanctae familiae artificio, generali vocabu- lo usuros fuisse, imo Judaeos sic ineptissime locuturos: Nonno- bis est τὰ τεκτονοῦς (dell' artegiano) filius? quasi aut unus in il- lo oppido opifex fuisse, aut vero Josephus οὐχ οἰκοδόμης artifex.

Possit & illud mihi objici: si TEKTON non aliud, quam materiarium significabat: quid ergo Latinus Matthaei inter- pres usus est generali fabri vocabulo, ac non potius peculiari materiarii? deinde cur antiquitas in Josephi opificio non con- sensit, dum alii lignariam, alii ferrariam illi officinam tribue- rint? Duabus hisce difficultatibus non obiter, sed diligenter & accurate respondendum esse mihi video. Quare ubi prius Latini interpretis causam egero, deque vocis FABER indole at- que ingenio dixerim: tum de antiquorum circa Josephi artem sive consensione, sive discidio disputabitur.

### I I.

Cur vetus Latinus interpres pro voce peculiarari Τέκτον generalem: FABER appenderit; simulque de notione & usu eiusdem vocabuli.

Vocem FABER generalem, esse, vel illud argumento est, quod nonnisi ope adjunctorum peculiaria opificia designat, uti Faber lignarius, aerarius, ferrarius, aurarius, argentarius, vascularius, lapidarius in legibus & auctoribus. Quid ergo verum in mentem Veteri (332) interpreti Τέκτονα fabrum inter- pretatur.

(332) Vocem Fabri in laudatis Matthaei & Marci locis esse ab antiquo Interpreti, vel inde patet, quod Tertullianus ad finem lib. de Idol. posuit: Hic est ille (dicimus) Fabri, filius. Idem in De Carne Christi c. 7. Et credimus patrem ejus Josephum fab-

rum. Id Venerus Presb. hoc eum Matthaei locum carmine transluit: Nonne hic est fabulus fabri, cuius nomen Joseph? &c. In Hist. Trip. ubi de Hornisdae martyrio: Tyranno sit, uera filium fabri,

notari, & pro certo opificio vagum & ineptum nobis obtrudere? Sane non aliter hanc quaestionem solvi posse ipse apud nos antea statuebam, quia & Latino huic interpretari Latinam linguam nativam non fuisse putarem, immo ne Graecam quidem (probabam Graecam intelligo) sed Judaeum sive Hellenistam Christianis sacris initiatum: Id quod verissimum puto, quippe quum in illius cordis Ecclesia magnam partem ex Judaeis credentibus contaretur. Ergo Hellenista is, qui LXX viralibus locutionibus aures tritas haberet, quem videtur in LXX vocem Τέχνην numquam non Hebraico ψευδής chorash respondere: hac autem Hebraea voce non unum aliquod certum officium notari, sed pro adjunctis, aut pro ὑποκριταῖς diversitate, modo aerarium, modo aurificem, aut aedificatorem, aut materialium designari, hinc ut Evangelicum Τέχνη ex ingenio sermonis Hellenistici interpretaretur, putav it sibi ex Latinis vocibus eam deligendam esse, quae generalitatem quenvis artis nata esset significare. FABRVM elegit. Sic etebat equidem. Verum re melius persensa magno cum judicio in hac veritate vertenda illum interpretem esse versatum, deprehendi. Sic enim reperio, Fabri vocabulum, imitatione Graeci Τέχνης, constituisse olim Latinos peculiariter de materialio accipere, idq; sexcentis antiquorum aevi Apostolici (333) locis possum.

(333) De FABRI voce peculiariter accepta pro materialio apud Pliniū, Appulejū, & alios: quid faber oculariarius: pluribus scriptorum locis lux affunditur. Ac primum Varro in VIII. de L. L. Analogiae voluntariae exemplum propōnens, ait: *Ubi in Fabrica, quum vident scenam, ut dexteriore parte sint ostia, sic esse in inferioribus. Ubi fabrica est Tectonica, cuius opus est scena.* Ac nescio quid praceptorib. Quintiliani VIII. ubi de verbis novis. Venerit in mentem de Fabricae voce dubitare. PIRATICAM (inquit) quoque ut MUSICAM & FABRICAM dici adbut dubitabant praecēptores mei. Nam & Plautus Fabricam saepe, et si usurpābat, usurpavit, & Piraticam Cicerō, & nemo non Musicam. Sed redeo ad Varronem; cajus sup. pag. 196. locum de Scobina attulimus corripiensque in hunc modum:

Lima enim materiæ fabrili est. h. ei. Scobina est lima fabrili. (i.e. materia. ad) materias. Et p. 193. locum Pliniū illustravimus, ubi de testudine gula ait: *Notissima asperitas, usus scobina fabri.* Et quando Pliniij minimum, saepe in hoc Scriptorē. Faber Τέχνη responderet. VI. 39. ait abietis medallam (h. e. partem internam) sectilem optimam esse ad FABRORVM Mincifina opera. XIII. 12. ubi de chartae confectione: *Glycintum vulgare e pollinis flore temperatur ferente aqua, minimo acetum aspersu: nam FABRILE (Tectonica) gummiisque fragilia sunt.* De cod. XXVIII. 11. Medetur dentibus & fabrile glutinum in aqua deracētum. XVI. 10. ubi de picea. *Lignum maribus durum, & in FABRIL (h. e. Tectonica) opere conseruum.* Et cap. 42. (in Hard. sect. 82.) *Eadem (abies) valvarum repagulis, & ad quacumque tibes inservit.*

pera ap̄fissima, & v̄o Graeco, & v̄o Campano, sive Siculo FABRICAE ARTIS (i.e. Tēxtrōvñs) genere. Eadem notione Ovid. VIII. Met. 159. Daedalus ingenio fabræ celeberrimus ars; qui certe Tēxtrōvñs invenierat. An ea etiam est, Ars fabrica apud Paulum 1. 19. §. ult. D. de insfr. vel insfr. leg., & adhaec ars fabrica & fabritis apud Charisium in voce Cubicularius? Sed redeo ad Plin. qui eod. lib. XVI. 43. quoniam in eo esset, ut quid ex quo ligno fiat, ostenderet, scripsit: *Sunt vero & parvi usus FABRILIVM minifleriorum (h. e. tēxtrōvñs & ḡḡalov̄) ex quo ligno tereoris vaginæ, ex quo mallei &c. fieri ament.* XXXII. 9. (in Hard. lect. 34.) *Haec (squatina) est, qua dūcimūs lignum poliri* (dixerat IX. lect. 14.) *quia & e mani Fabriles (Tēxtrōvñs): nisi vero heic tēxtrōvñs nota placeat usus excusat.*

Ac ne ex uno Plinio (cui certe ea locutio mire placuit) hauriam: Suetonius Claudio cap. 34. *Praeterq. definitos (bestiarios) etiam... quosdam comitteret de fabrorum... numero, si durōquar, vel pegma, vel quid male aut parum cesseret.* Ubi fabri non aliud fuit, quam machinarii, qui *autēquata* illa & pegmata, & tabulata contruebant. *Fabri automataris* mentionem reperio apud Grut. 642. 5. SATVRNINO. FABRO. AVTMATARIO. Hinc facile credo, Suetonium scripsisse Automaton Latinis litteris, quomodo in antiquo libro legitur. Est apud eundem Grut. 645. 1. FABER OCVLARIARIVS; quod magnopere exercuit Reineium XI. 66. sed nullo cum operae pretio. Medicus oculariarivs quidem saepe legitur: at medici artifices rite dicuntur, non item fabri. Suspicabar primam vocis illius litteram in lapide evanuisse, eamque restituendam, ut sit faber oculariarivs, aut foculariarivs, aut loculariarivs i.e. e. qui pocula, qui foculos, aut qui loculos taceret: aut verisimilius OCVLARIARIVS, i.e. d'equarioribz. Et sane quae in ARIVS non sunt, ea interdum syllaba una crescent, quoties de artifice termo est: sic ocularius, & calcarius de re dicuntur;

sed medicus oculariarius, & artifices calcariarius, & alia in eum modum. Quo modo a jocularius fiet jocularius is, qui jocularia fabricatur. Et I littera omnium facililine potuit obliterata latere. Sed tamen postquam resipui, nihil inutandum censeo; nam illud FABER OCVLARIARIVS de eo intelligi debet, qui oculos pro statu faciebat. Qo nihil verius. In re ita tuaria erant, credo olim, facti & hodie sunt, qui oculos vitreos facerent: at vitriarios Petronius infra not. 332. inter fabros recensuit. Sed redeo in viam.

Porro autem Fabricæ in Plantis Cifts sunt quæc Plinio macchinae murales appellantur. Sic enim in Ciftel. II. 2. 5. *Quot admodum vi illi fabricas! quot fallacias!* Ubi admovere fabricas est lignæas machinas, veluti turres, vineas, & talia moenibus admovere: atq. hinc Plautus fabricæ vocem ad fallacias notandas transtulit, tum heic, tum saepè alibi (veluti Bac. II. 2. 132. Epid. V. 2. 25. Mil. III. 1. 177. & 3. 2. Poen. V. 2. 139. in quo ineit quoque imitatio Arithophagi Tēxtrōvñs); de quo vide sup. not. 331.) non fecus ac macchina hand raro sunt calida confilia. Et omnino Plauti fabricæ (in adscripto Ciftell. loco) & macchinae sunt synonyma: posterius enim plerumque artefactum aliquid lignum significat. Notum est quid sit in theatro E macchina deus. Alii macchina est catalta, in qua servi venales exponuntur. Tabulatum, in quo pictores depingebant, macchina dicebatur. Plin. XXXV. ad finem cap. 10. de Amulio: *Paucis horis pingebat idque cum gravitate, quod semper togatus, quamquam in macchina.* Ibid. superius eadem notione, ubi de Protogene & Apelle, usurparat. Idem macchina aedificationum, ligneis certe, spartum usus esse IX. 2. fatetur. Alii: Macchina luxatis &c. Sed redeo ad Fabri lignarum notionem.

Hinc etiam Daedalus, materiariorum princeps, FABER κατ Ηρόντη Juvenali I. 54. dicitur. Esse percussum puero (Icaro) fabrumque volantem; quem, credo,

sum offendere. Quorum plures quam in vertentis Graecor. locis pro *Tēxāv Fabri* (334) vocem usurparint; cur idem nostro Interpreti non licuit? At scitissime ille suo est defunctus officio fidi interpretis, quando FAERI vocem usurpavit, pro morte saltē Pliniani aevi locutus, ex quo tot jani exempla deponuntur.

Ceterum cave putas, perpetuum hoc Latio fuisse, ut *Faber* peculiariter materiarium notaret. Erat quum pro arte ferraria aut structoria poneretur; cuius significatus exempla infra dabimus. Sed plerumq. universum artificum genus notabat, haud plane ~~quoniam~~ omnes artifices, sed ferme eos, quibus materia du-  
rior subiectiebatur; nam quibus mollior ea plastice erat. Ver-  
sum de hujus indole vocabuli consulat, cui tanti est, subjectam

(335)

Graeci poetæ *Γέκτονα* appellaverant *άρτονμαχεῖς*. Quo refer illud Hy-  
gini lab. 39. *Daedalus* . . . qui FA-  
BRICAM (credo quod Graece repe-  
tisset *τεκτονικὴν*) a Minerva dicitur  
acepsisse. Illudque Solini cap. XI.  
*Daedalus fibrae* (aut, ut in M. S.,  
fabricae: utrumque restat) artis ma-  
teriarum . . .

Adhaec vero Appulejus non vi-  
detur aliter, quam peculiari notio-  
ne materiaria, *Fabri* vocabulum ac-  
cepisse, qui sic scriptur in Apologiā.  
*Scil. ergo Phrygionibus aut fabris ne-  
gorioribus quid dandum fuisse (que-  
rendi p̄cipit) atque ita opera cuius usq.  
artis persequandis . . . ut FABER  
mibi p̄ficiam everrere (h. c. even-  
tūlū casaret) ut p̄ficiator mutuo li-  
gnum dedolaret? Ex quo loco non  
tantum discimus, fabrum peculia-  
ritatem accipi, aequē ac Phrygionem  
& p̄ficiatorem, verum etiam fabrum  
eum esse qui ligna dedolat. Et Me-  
tamor. X. *Erat mons ligneus . . . su-  
bitim in structus fabrica* (i. e. ma-  
chine lignea) *de manibus fabri* (h.  
c. artificio materiarum) *fonte ma-  
nente*. Postremo Metamor. IX. in  
fabula de fabri uxore (cattis auribus  
non committenda) ex *dedolandi*  
verbo apparet & fabrum illum  
non alium quam lignarium fuisse,  
& fabriles operas, quas ille praebe-  
bat, *Tektonikē* intelligi.*

Postremo Minuci⁹ Octavio c.  
23. ubi de simulacris: *Nisi forte*  
*wendam dñe sacrum est, tñli lin-*

*gnum, vel argentum. Quando igi-  
sur bis nascitur? ecca funditur  
fabricatur, scalpitur, nondum deus  
est . . . Ubi r̄d Fabricatur ( i. e.  
tektraxi ) ligno respondet; sicut  
funditur argento, Scalpitur fa-  
xo . Quantivis pretii locus. Quo  
etiam pertinet illud Aelii Donati  
ad Ter. Eunucho (quod sup. pagi  
172. retulimus) ubi r̄d DOLARE  
FABRI interpretatur, *lignum ef-  
ascia caedens*: & illud Nonii (vide  
sup. ad finem pag. 175.) EDOLARE  
fabrorum est verum verbum, quum  
materiarum complanatus asperitas.  
Quibus locis FABER est peculiare  
ter materiarius.*

(336) Quod Diocorides V. 112.  
scriperat: οὗτοι τεκτονεῖς μάτραι  
&c. αρέσκει τοις Αἰγυπτίοις τοῖς Καρ-  
χηδονίοις: id Plinius XXXV. 6. La-  
tine sic interpretatur: Ex reliqua  
rubricae generibus FABRIS utilissi-  
ma Aegyptia & Africana. Nec min-  
or alia loca, quibus Fabri nomini Pli-  
nius (& alii) peculiarem lignariam  
notionem subiecit, de Graeco trans-  
latisse putandus est (ut qui ex Grae-  
cis scriptoribus pleraque hauſit), ac  
pro *Tektoni* fabrum posuisse: quos  
& alii fecerunt. Hinc in Glossis Cy-  
rilli *Tektonēs* (quae est tektronē  
officina) exponitur absolute FA-  
BRICA. Utī viciſſum quas Latinæ  
historici Fabrum centurias dixerunt  
que sunt *tektronēs* Dionysio Halicodo-  
que vide note seq.

(335) adnotacionem. Interim hoc jam certo demonstravimus;

Fabri

(335) De vocabulo FABER notione  
nique intentio. Deinde de collegis  
FABRVM. Vegetius corrigitur.  
Dionysius, Plinius, aliquis il-  
lustrantur.

Vox FABER ( quam a faciendo  
derivatam volunt ) generalis est  
quidem , non sic tamen ut omnia  
prorsus articia complectatur. Nam  
ecce Cic. in Planciana textores a  
Fabris distinxit. Si mancipium pro  
fabri aus pro textore emimus. Ad-  
de illud Appulei Apologia ; Scil. er-  
go Prgygoribus aut fabris negotium  
istua quandum fuisse ? Idem Cic. in  
III. de Nat. D. a pictura sejunxit :  
Ut pictura, & fabrica, ceteraque  
artes . Et in I. off. Pictores & ii qui  
fabricant . Eadem distinctio est apud  
Julianum 1. 22. D. de operis libert.  
Haec operae . multum distant a fa-  
brilibus , vel pictoriis operis . Mox :  
Si uberior faber aut pictor fuerit.  
Idem 1. 24. Vetus (operae) fabri-  
les, pictoriae. ad finem : Quod in  
fabro vel pictore dici non convenit .  
Quae omnia eo huc produxi , ut ap-  
pareat , mendosum esse Ulpiani lo-  
cum l. 26. §. 22. Sed si operas patrono  
exhibit , non officiales , sed fabriles,  
veluti pictorias ( corr. vel pictorias,  
ut liquet ex laudatis Juliani &  
Tullii locis ) vel alias .

Cave vero putes Fabros eos omnes  
esse , qui Graecis βάρυοι μηχνοι , di-  
cuntur; maxime propter Ciceron. au-  
toritatem , qui textores a Fabris  
dispescit. Sed si non iidem βάρυ-  
οι ac fabri ; telenquitur , ut ex Ili-  
ad. & Servio Fabri si sint , quibus  
στενατοι materia durior , veluti fer-  
rum , lignum , lapides : sicuti pla-  
stice materiam molliorem exercet ,  
ut ceram , cretam , gypsum , de quo  
infra not. 323. dicam. Nam quod in  
Excerptis Glossar. Steph. Faber fier-  
iarius legitur. est aevi βαρύοις ορος.

Atq. ut hujus vocis indulem in  
aperfum proferam; ea quidem Grae-  
corum Tēxnos e regione responde-  
bat ; ut patet ex iis , quae de Grae-  
co Latinis interpretabantur [ v. not.  
324. ] sed ita tamen , ut aliquanto  
latius , quam Graeca vox , pateret .

Nam Graeco quidem Tēxnos ligna-  
tantum ac lapides ( quo ambitu  
continentur arges sane quam pluri-  
mae ) subjiciebantur : at Latinorum  
Faber praeterea etiam metallia : un-  
de sunt illa Faber aterius , ferrari-  
us , aurarius , argentarius .

Sed tamen ut Graeci , sic &  
Latini vocabuli diversis pro diversis  
Latii aetatibus videtur suisse  
usus . Tēxnos quidem antiquitus  
non tantum pro materiali , sed &  
interdum pro lapicida , & pro eo  
cui lapicida subservit , structore ac-  
cipiebatur ( exempla protuli not.  
319. & 321.) at posterior deinde haec  
notio paupillatum rario evasit . Fa-  
ber autem Latinorum esti nunquam  
non circa tria illa υποκέφαλα ( ligna  
dico , lapides , ac metallia ) verba-  
batur : at diversimode pro diversis  
aetatibus . Nam aureo illo lingue  
Latinæ aeo , si hoe a Plauto ad  
Augustum porrigitas , ita id nomen  
commune omnibus iis opificis erat ,  
ut tamen aliquanto facilius de me-  
taliorum ac structurarum fabrica usu-  
paretur . Atque ad structuram quod  
attinet , palam sunt exempla Plau-  
ti ( apud quem Most. I. 2. Faber plu-  
ries est aedificator ) Horatii ( cuius  
est illud , Cras ferramenta Tenebas  
Tollitis fabri ) Varronis ( in cuius I.  
R. R. 14. fabrile sepimentum est ma-  
ceria ) Ciceronis pluries , & aliorum  
complurimum . De metallis vero sunt  
etiam multo plura Plauti , Virg.  
Ovid. &c. loca ; quibus Faber fine  
additamento aerarium significat :  
quae plena manu not. 322. dabimus .  
At deinde ab aeo Plinii Faber co-  
pit intra lignarios cancellis se con-  
tiner ( vide sup. not. 22. ) credo  
imitatione Graecanici Tēxnos , cu-  
jus jam tum veltigiis Faber religio-  
fissime insistebat , propterea quod  
Plinius , Appuleius , aliqui toto  
se Graecorum & sciplinæ delidif-  
fent , corumq. scripta nonnumquam  
αντίλεξα interpretantur . Itaore  
pro Tēxnos Fiber , pro Tēxnos  
Fabrilis illi transponere non dubi-  
tabant . Postremo quarto CHRISTI  
saeculo ac deinceps , Faber ita du-  
ples

281

tieris materiae finibus se continuit; ut spredo ligno, spretis lapidibus (tamquam mollioribus scilicet) junice ferro ac metallis tractandis se mancipaverit. Vide infra not. 243. Et si etiam istius ἔργον βασι-  
dans Latinitatis aeo, non dece-  
rant tamen, qui, quod ad antiquiorum illud castius loquendi genus  
conformassent stylum, non com-  
mittendum putarent, ut Fabri vo-  
cabulum tantum Vulcani officina,  
tamquam in ergastulo, concluderetur;  
illudque datis habenis ipsati-  
ari liberius sinerent. Horum in  
numero fuit Hieronymus, credo &  
ali. Vide infra not. 344.

Quae hucusque de Fabri pro di-  
versis actatibus ingenio dixi, de  
Fabro carente adjunctis intelligo:  
nam certe non tantum sub libera-  
rep; sed vel sub ipso Gothrico impe-  
rio ( quando Faber Vulcani camino  
perdite erat affixus ) tamen erat,  
quoniam inde egressus liberiore inter-  
dum aura frueretur; modo quoniam  
adjuncto fibi comite id faceret, vel  
lignariorum scilicet vel lapidariorum  
vocabulo fibi copulato: de quo vide In-  
idorum infra not. 343. leges seve-  
riores, quam pro Romana liberta-  
te, prouulgantem.

Sed quando de vocis FABER in-  
dole ac notione dicere institui; non  
alienum erit heic rimari, quid  
proprie fuerint in Romana militia  
Fabri. Velinti quum Livium audi-  
mus I. 43. ( ubi de classib. & centuriis  
a Servio rege institutis ) dicen-  
tem: Additae buic classi ( primae :  
at ad secundam refert Halic. ) duae  
fabrum centuriae, quae sine armis  
suspencia sacerent: datum munus,  
ut macinas in bello ferrent ( dum  
ait, ferrent, intellige etiam, quod  
addit Vegetius II. 11., vel nova fa-  
cerent, vel quassata repararent ) ac  
iussus quum ex sexcentis passim in-  
scriptionibus discimus fabrum col-  
legia in legionibus fuisse; quum de  
praefectis fabrum Caesar, Cicero, &  
ali mentionem injiciunt: scire li-  
bet quid ii fabri fuerint, materiarii  
ne, an aerarii, an structores ( nam  
praeter hos fabri alii non erant ) an  
omnes hi pariter eo nomine veniunt?

Posterior hoc verum est. Nam quos  
Fabros uno vocabulo in ea re Latinis  
dicebant, eos Dionyius Halicdnobus  
reddidit, Τεκτονες & χαλκοτυποις,  
five διλοτοις. Atqui τεκτων am-  
bitu non tantum materiarios, sed &  
structores fort. comprehendit ( v. sup.  
Seid. & not. 319 nec non in not. 321.  
Josephi aliorumq. loca cum notione  
structoria ) χαλκοτυποι vero five διλο-  
τοι sunt fabri ferrarii. Sed cur  
non verba ipsa Dionysii adscribo?  
Qui lib. IV. ( pag. 222. 10. ed. Lips.)  
haec posuit: Τεκτον ( λόχων ) δύο  
μεν διλοτοις τε γραμματον, της  
και απον οι καποκαραζόντων τε τις  
τού πόλεων διχρυσα. Harum duae  
centuriae erant tum eorum, qui  
arma fabricantur. tum enim τε-  
κτόνες ( i. e. fabrum lignariorum,  
structorumque ) aliorumque qui  
bellicis usibus servientia construe-  
rent. Quos omnes mox ( pag. 223.  
3. ) uno vocabulo χειροτέχναι opifi-  
ces appellat. Rursus lib. VII. ( pag.  
161. 25. ) Προστέκνων δι αυτοις ( οκτώ  
οι λόχοις ) δύο συλλογα τεκτονων της  
χαλκοτυπων της δοσοι αἱλοι πολεμι-  
κῶν εργων θεων χειροτέχναι. Quibus  
( viginti ) attribuebantur duae alias  
τεκτόνες ( i. e. tum materiariorum  
tum structorum, quos endem vocabu-  
lo νετος Graecia τεκτον appellabat ) & fabrum ferrariorum, alio-  
rumque bello utilium artificium;  
centuriae. Accuratus ea opifex  
Vegetius enumerat II. 11. Habet  
praeterea legio fabrum lignarios ( al.  
fabros, lignarios : saepe in inscrip-  
tionibus Collegia fabr. lignarior.  
aut lignarior. occurunt ) instru-  
tores ( cor structores; sup. quoq. p. 272.  
not. 328. idem mendum ab Isid. sustin-  
tissim ) carpentarios, ferrarios, pictores  
( alii legunt pictores: malo factores: de  
quo mox reliquosq. artifices ad byber-  
norum aedificia fabricanda; ad ma-  
cinas, turres ligneas, ceteraq. qui-  
bus vel expugnantur adversario. ci-  
vitates, vel defenduntur proprias,  
praeparatos: qui armi, qui vobitu-  
la, ceteraque genera tormentor. vel  
nova facerent, vel quassata reparare-  
rent. Habant etiam fabricas scu-  
tarias, loricarias, arcuarias &c. Ho-  
rum judex proprius erat praefectus  
fabro-

*fabrorum. Quod pro pictores repouhi non(uti vulgo) pictores (quid enim hi inter tot fabros h. e. materiae du- rioris artifices faciunt?) sed picto- res; id ex Glossis, quae Cyrilii ap- pellantur, didici, in quibus Καρδι- λωντες (h. e. is qui clavis aliquid fingere pensi habet) redditur Latine FICTOR, a figo scil. non a fingo: nam fector, qui a fingo, est θλάγης. Ergo materiarii ligna singula ad mo- dulum deradebant, parabantq; at fi- ctor deinde ea clavis compingebat: sicuti in re marmoraria, lapides a lapicida ad traditam ab architecto formularum scalptos politosque alias deinde adplumbabat, iiq; sunt plumb- barii l. ult. D. de jure imm. Ac vi- dendum an non legum atq; iurium fector apud Plaut. Epid. III. 4. 86. indidem sit. Virg. VI. Aen. 622. Leges fixit pretio atque refixit. Le- ges enim in aes incisae clavis publi- ce adfigebantur. Dices a figo esse si- xum non factum. Resp. antiquos in- de etiam factum videri flexisse. Ar- gumento est illud, Crimen aliqui affictum, &c. quod pve est ab Affigo (Arnob. initio l. 6. Confusis cri- men nobis... affigere) vel ab Affi- go cum pleonasmo τε N, itant Af- fingo pro attribuo non diversum sit verbum ab Affigo. Haec obiter.*

Nunc ad fabrum collegia redeo; quea non tantum in legionibus, sed & in urbibus imperii, ex urbis principis imitatione (in qua nullo- rum non artificum collegia erant) nec nisi ex indulgentia principis, instituebantur. Nicomediae colle- gium tale ut coalesceret, ad com- pescenda incendia usui futurum (quippe fabri, iudem μηχανεστοι erant) petuit a Trajano Plinius X, ep. 42. Nicomedensis incendiis ma- lo doctus. Tu, Domine, inquit, disisce, an instituendum putes col- legium fabrorum, dumtaxat boni- num CL. Ego astendam, ne quis ni- si faber (h. e. nisi is, cui durior materia άρρεβεθαι) recipiatur, neve iure concepiatur secundi scil. nota sunt in marmorib. Collegia, quibus ex S. C. ant ex principis indulgen- tia coire licet in aliud utatur. Nec erit difficile custodire tam paucos. Cni T. Trajanus a factionibus timens, inter-

etera respondit: *Quodcumq; nomine ex quacumque causa dederrimus iis qui in idem contracti fuerint; betae- riae, quamvis breves, sient. Satis us- itaque est comparari ea, quae ad coer- cendos ignes auxilio esse possint (li- phones, hamas &c. intelligit, quae desinisse in eo incendio, Plinius ex- postulaverat) . . . ac, si res popose- rit, accursu populi ad hoc uti. Vi- des, quid ad inhibendos ignes fabri- valuerint; quidve mali in urbibus factiosis (quales illae, de quibus ibi Trajanus) a collegiis impe- deret.*

Dixi modo, Romae nullarum non artuum collegia fuisse: id quod inscriptiones marmorum eloquuntur. Id vero ex Numae instituto manavit (auctore Plutarcho in ejus vita pag. 71. ed. Francof.) qui, quin civitas ex gentibus duabus composta, partium studiis ac certaminibus conflictaretur, minutim ea ac frutilatim concidit, ut sic denum facilius permittatse inter se partes co-alescerent. *Divisi autem (pergit Plutarchus) per artes triocimum, aurificum (τεκτονεω i.e.) materiariorum, infectorum, futorum, coris- riorum, araviorum, sigulorum. Reliquas artes in unum coegerit, fecisseque ex omnibus corpus unum; collegiaque & concilia, atque sacra cui- que corpori convenientia attribuentur, ut primum voc sustulerit, ut bi Sabini, i. t. Romani, tum bi Tatii, illi Romuli cives dicerentur. Haec no- tasse non piguit, tum ut collegio- rum origo prima detegatur; tum etiam ut intelligatur, quid sibi ve- lit prior Plinius, quando initio lib. 34. aës Romae antiquum fuisse in- de ostendit, *A rege Numa collegio tertio aeriariorum fabrum instituto.* Hinc enim discimus, fuisse inter ea opificum collegia talium ordinem, ut aliud primum, aliud secundum diceretur, aeriariorum autem fuisse tertium. At ibi Harduinus, ut alia taceam, vel in eo suavis est, quod tertium fuisse aeriariorum collegium voluerit, respectu sacerdotum au- gurunque. Imo id miror, cur non priores aerariis detulerit; quando huic scil. ventum est, ut sacerdotis inter fabrarius artes referantur.*

*Fabri nomine Latinum interpretem idem plane significare vell  
luisse, quod illo aeo id nomen Latine significabat, & quod  
Graecē Τέκτων valebat, materiarium (336) scilicet.*

## III.

*Quid antiquitas de Josephi ac Divini SERVATORIS  
artificio senserit.*

Quod hujus mantissae initio dictum mihi fuit, circa artem fabri  
familiae non consensisse antiquitatem, aliis lignariam, aliis  
ferrariam (ad eo & nounullis structoriam) ei tribuentibus; id vero  
non perinde accipi volo, quasi promiscue hinc atq. illinc varia-  
tum fuerit, sed ita ut cum Graecis Latinorum aliqui divertium  
fecerint. Nam certe Graecos omnes, nemine excepto, adhaec &  
orientales ceteros, Josepho & SERVATORI materiarium fabri-  
cam tribuisse, ajo & certissime affirmo: contra Latinorum  
quosdam eis ferrariam, sed ex variante fabri notione, vindicasse.

At quo ore, inquis, Graecam omnem ecclesiam auto-  
rem laudas, quam tantum Justinus (337) & Christianus qui-  
dam Antiochenus apud Sozomenum (338) & Theodoreum id

cen-

(336) Atqui si ita se res habet, ἀρχὴ . . . τοῦ τέκτωνος τομήσα-  
fi recte, inquam, Graecum Τέκτων Latine Faber redditur: cur ergo, in-  
quiet hec aliquis, lexicographos & Graecorum scriptorum Latinos  
interpretes reprehendisti, qui Graecum Τέκτων Latine fabrum transtu-  
lerant? Quia, inquam, non id ju-  
dicio fecerunt, & Plinius aliorumque  
quos supra not. 333. laudavi, exem-  
ple, quos palam est, fabrum pro  
materiario accepisse; sed ex errore  
potius, ut qui censerent, & Graeco-  
rum Τέκτων, & Fabrum. Latino-  
rum generalia omnium opificum esse  
nomina. Atqui id de Τέκτων est  
fallacium, tum etiam de FABER  
fallitur: (vide praecedentem ad-  
not. 337.) praeferunt quoties FABER ab  
aliquibus scriptoribus pecuniariter  
pro Τέκτων & pro materiario pon-  
tut.

(337) Et Justinus M. & erudi-  
tionis Graecanicae scientissimus, &  
aeo Apostolico proximus, & natione  
Palaestinus, in dial. cum Triv-  
phone pag. 216. ait: Καὶ εἶδον τὸν  
Ιησούν εὐτὸν τὸν Ἰερότατον, τοιούτον  
τοιούτον Ιησούν τὸν τέκτωνα, τοῦ οἰ-

κτονοῦ οὐρανοῦ τοῦ τέκτωνος τομήσα-  
(τοῦτο γέ το πεπονικά ἔργα αρ-  
χεῖστα ἐν ἀνθρώποις οὐ, αρχῆς τοῦ  
ζυγία . . . τοῦ τέκτωνος τοῦ τέκτωνος  
οὐρανοῦ σύμβολα διδάσκων, τοῦ ἑρ-  
γα θεοῦ) τὸ Πύρισμα . . . στέπην αὐ-  
τῷ. Et quum ad Jordaniem venisset  
Iesus, & Josephi fabri lignarius filius  
censeretur, & lignarius adeo & ipse  
baberetur (us qui, quandiu inter  
homines versatus est, lignaria opera  
alia faceret, puta aratra & juga;  
quo & iustitiae symbola praeservavit,  
& actuosa vitam) Spiritus San-  
ctus . . . in eum advolavit. Vides  
heic S. Martiryem non ignorasse quid  
Τέκτων Evangelicus esset, cuius ope-  
ra haec recenset, aratra & juga. Et  
quidem quod rustica instrumenta  
potius, quam sellas aut arcas JE-  
SVS faceret, id ex traditione sci-  
vit; at quod materiarius omnino  
fuerit, id dumtaxat in vocis Τέκτων  
significatu vidit; uti pater ex verbis  
parenthesi conclusis, quibus declarat  
quid sit Τέκτων, & Τεκτωνια.

(338) Sozomenus VI. 2. praes-  
dictionein, quam εὐλογούσας αὐτῷ  
vix ecclasiasticus de Juliani exitio  
pro-

seasuisse videantur? Atqui nunc demum intelligitur, eur in Tēxōrō notione exemplis undecumque corrasis firmanda tam multus fuerim. Nam profecto si in Tēxōrō nomine nemo Graecorum aliud, quam fabrum lignarium, percepit; non potuerunt aliud certe de sacrae familiae opificio Graeci statuere, quam quod id vocabulum praefereret. Veluti si in Evangeliō pro Tēxōrō legeretur ἐργάτης h. c. lignarius artifex; an putamus futurum suisse opus, ut anxie super ea re antiquorum Graeco ore loquentium rimaremur sententias, quidque singuli censuerint, exspectaremus? Stultus plane is labor futurus esset. Atqui ita se res habet. Non quero quid Origenes, quid Basilius, quid Chrysostomus de Divinae familiae artificio senserint; modo constet eos omnes Graece, ut ceteros, suisse locutos, nec umquam diversam ab aliis ei vocabulo notionem subiecisse: quod certe (339) constat. Ac vel si ex disertis eorum locis

prodidit, sic refert. *Quum Julianus adversus Persas expeditionem pararet, eoque bello confecto Christianos se male multitudinum minaretur, ac per ludibrium dicere (οὐδὲ δυτὶς ἵπαντες δύναται) ὃ τὸ τέλεον ἦν τὸ φίλον σιδηροῦ φίλου filium nullum iōβις opere afferre valitum; respondens ille ita praedixit (Ἑρός ἡ δὲ τὸ τέλεον ἦν τὸ φίλον αὐτῷ Εὐκλήν τὸ διάβολον καταρράκτην) αὐτὸν τὸ φίλον filius, arcum illi ligicamp ad mortem parat.* At Theodoretus III. 23. Paedagogum Christianum quemdam eadem illa non Juliano, sed Libaniō Sophistae respondentem facit. Hic (Libanius) quum esset impius, & vicioriam propediem exspectaret, minasque Juliani animo revolveret, religionem nostram deridens, quæsiuit ex paedagogi (τὸ τοῦ τὸ τέλεον ἦν τὸ φίλον) quidnam ageret fabri filius? Ille Divina repletus gratia, id quod brevi futurum erat, praedixit (γλωσσοφόρον γέρον, ἄριν, σοφιστήν, δὲ τὸ πατρὸς καπιτάνδηλα δημιουργὸν), δὲ etiā ποιητὴν, τέχνην ἦν εποιηθέντας loculam enim, inquit, fabricatus universi conditor, quem suū scil. per ludibrium fabri filium appellat. Vides heic sandapilarum confectionem Tēxōrō ambitu contineri; quemadmodum et Juvenal. in VIII. 175. dixerat: *Intercarnis-*

*ces & fabri sandapilarum.*"

Ex his etiam vides, non tantum Christianos Evangelicum τόπον pro materiatio accepisse, sed & gentiles. Id quod & ex Celsi calumniis apud Origenem (cujus locum in seq. adnotatione illustrabimus) planius intelligetur.

(339) *Quid Graeci Patres TEKTONA appellaverint. Origenis locus fusius exppositus, Celsiq. ac gentilius dicitur: CHRISTI lignario opificio testimoniun.*

Clemens Alexandrinus in Ἐπ. Ποττ. (edit. Potteri in fine pag. 11.) Tot sane periticorum (ἀρχαιοτέρων) ludicrorum opifices sunt, lapicidae, & statuarii, adiacēt πιθαρεῖς (τίκτων) fabri lignarii, aquariorum; a quibus infinitam deorum colluviem industam queritur. Nostandus hic locus, quia Tēxōrō; & λαζαρίς lapicidae distinguitur, contra Suidae definitionem. Tēxōrō autem cum statuariis ideo posuit, quia paullo ante Daedali meminerat. Ergo hic philosophus non alium potuit in Evangelio Tēxōrō intelligere, quam quem heic intellexit. Origenis loculentiss. locum ad finem adnotationis hujus, quippe eidem plusculum immoraturus, reservo.

Basilius hom. 2. in Hexaem. *τοῦ οὐδὲ τοῦ οὐδὲ τοῦ οὐδὲ τοῦ*

τεχνία ὅλην αὐθετούμενος πάχοληται, οὐδὲ χαλκοτική μὲν τεχνή τὸν εἰδόντας, τεκτονικὴ δὲ τεχνή τὰ ξύλα &c. Λογισμὸν αὐτοῦ αριθμὸν παγκαίονε προς τὸν καὶ γενέσην τοῦ θεοῦ τοῦ Ιησοῦ Χριστοῦ προστίθεται. Καὶ τοῦτο τὸν εἰδόντας τεχνίαν παγκαίονε προς τὸν καὶ γενέσην τοῦ θεοῦ τοῦ Ιησοῦ Χριστοῦ προστίθεται.

Idem de Chrysostomo iudicium; qui hom. I. in illud. *Salut. Priscilla. & Aquilam* (Montf. to. 3. p. 174. & seq.) quum in laudandis opificiis, otio vero insectando multis esset, numquam opifices τεκτονες, sed χαροπέτεχνες appellat, nec opificia τεκτονικα, sed τεχνες, σπεριατα, ut & hom. 61. in Mat. (Montf. to. 7. p. 513. D.) δημιουρῷ γένεσι τοῦ χαροπέτεχνος διxit: τεχνονες autem de universo genere non magis, quam Graecorum ullus, usurpavit. At contra idem vir disertissimus, quid proprie τεκτονες esset non dissimulavit; qui hom. 52. in Matt. (Montf. to. 7. p. 534.) quum in eo esset, ut singulas artes aliis vicissim artibus indigere ostenderet, ab agricultura incipit, cui ostendit subseruire artem ferrariam, quae ligonem, quae vomerem, faleem, bipennem ei suppeditet; deinde artem structoriam, coriariam, pistoriām, postremo τὴν τεκτονικὴν, ὡς τοῦ ἀρχοπέτεχνου τῆλε τοῦ λογισμοῦ τοῦ πατέρου, h. e. itemque materialiam, quae aratra, jugum, plaustrum construat. Non poterat opportunius de Josephi CHRISTIQ. arte loqui. Nam hunc aratra & juga fecisse Julianus ex traditione narrat. At Chrysostomus eum, qui aratra & juga facit, τεκτονες dicendum vult. An clarius de Evangelico τεκτονες loqui poterat? Quando ergo idem Hom. XVI. in Jo: (to. VIII. Montf. p. 90. D.) objectam CHRISTO fuisse generis vilitatem, dixit, illis verbis, *Nonne hic est τεκτονες?*

filius: & quando eadem Evangelii verba usurpat Hom. 48. in Matt. (to. VII. p. 493.) an aliter potuit τεκτονες definire, quam loco superlaudato definiterat?

Ac ne unus quidem Graecorum Patrum locus est, in quo τεκτονες aliter, quam pro materiario accipiatur. Quid quum ita sit; jam non unus & aliter pro lignario opificio itat; sed totae Graecorum Ecclesiae, quum ibi Evangelium personaret, materiarium Nazarericæ familiæ artificium eloquebantur. Ac solebant Orientales S. Josephum docere adjuncto τῷ τεκτονες (exempli sit Thebanus Hippolytus, in cujus fragmentis to. 3. thes. Canis. p. 28. & 37. S. Jacobus Hieros. Episc. dicitur [ τῷ τεκτονες Ιωνῷ ] σάβτι lignarii Joseph filius ex carnali uxore ejus. id quod deinde & Nicephorus de eod. S. Jacobo tamquam ex Portuensi Hippolyto, suæ aistoriae intexit; ac praeterea Hesychius presb. to. XII. Bibl. PP. p. 193. H: Quod tamen alii exhibilarunt) an putamus eorum quemquam usque adeo Αἴσην fuisse, ut diaxostikos illud τεκτονες ad universum genus referret? At plurimi eodem tempore Josephi erant, iisque omnes opificii alicuius gnari; nec enim Judaei fas erat artem aliquam non addiscere. Sed ceteros omnes patres omitto (quorum immensos, ut ita dicam, scriptorum voluminum saltus ut cingam indagine, aequa me uspiana vestigia voculae illius fallant, nac is stultus sit labor, nec dieculae unius opus) atque in unius Origenis, quem initio pollicebat, testimonio, quod omnium initar erit, conquiescam.

Ergo Adamantius in VI. contra Celsum (nuperae edit. Benedictas p. 659. D.) sic in suum hostem interficit: Beinde cavillis in lignum iudens, ex duplice capite illud incessit, dum ait lignum a nobis idcirco celebrari, aut quia Magister noster affixus patibulo est (ἢ τῷ τεκτονες ἢ τῷ τεκτονες) aut quia artificio materiarius erat. Sic haec ultima vertenda fuerunt, non ut interpres posuit, *Quia is faber erat;* nam τῷ τεκτονες peculiaris artificii gomen.

nomen esse ipse Celsus ( cujus haec verba fuisse videntur ) agnovit, ubi ait **Téktos τὸ τέχνην**; qui ineptissime sic loqueretur, si **téktos** idem ac **τεχνίης** esset, veluti si dixisset **τεχνίης τὴν τέχνην**, arte artifex erat. Quamquam ceteroqui Latinum FABER recte pro materiaeponi supra ostendimus not. 333.

Cui respondeat Origenes: **Non animadverterns de LIGNO VITAE mentionem in litteris Moysiacis fieri; ac ne illud quidem videntur ( ὅτι ἄδειος οὐ ταῖς ἐκκλησίαις φερομένων δαργελλῶν ΤΕΚΤΩΝ αὐτὸς ὁ Ἰησοῦς αὐταγέρας )**, nisi quam in Evangeliiis ab ecclesia receptis Jesum etici fabrum materialium. Calmetus ad Matt. XIII. 55. ad hunc Origenis locum sic adnotat: **Origenes... soutient, qu' on ne lit... que IESVS CHRIST ait être charpentier. Il a raison: mais on ne peut nier, qu'il n' ait exercé un métier... puisque St. Marc le dit si positivement, Nonne hic est Faber? Verum quid inter Origenis Marciisque Graeca interirent uterque **τέκτων** CHRISTVM ( hic ajens scilicet negans ) appellant. Verum doctis. Calmetus non Graeca Origenis praे oculis habuit, quum haec scripsit, sed aliquem, qui Origenis sententiam Latine aut Gallice expresserat; qui in ultimis Origenis verbis illud **τέκτων**, **charpentier** aut **materialium** verterat. Hinc putavit Calmetus aliud nomen Origeni, aliud Marco in hac narratione fuisse usurpatum. Magis illud ad sem faciebat, quod heic ad Matt. apposite adnotat Grotius. Aut **memoria** ( ait ) fecellit Origenem, aut Marci exemplaria eo tempore aliena dabuerunt scripturam; disserit enim dicit, **ἄδειος** &c. quae modo recitavi. Horum utrum admittemus? Evidem in re tam gravi memoria lapsum hunc, qui totos annos suos in Scripturis fecerat, aegre credidimus. Satius est dicere, quum hominem nonnulla Graecor. cod. sit variantia ( vide Millium ad Mat. VI. 2. ) fuisse ante Origenem tum eos liberos, in quibus legeretur **τέκτων** ( ex his autem Latina interpretatio manavit ) tum eos longe plures, quibus utebatur Origenes, in quibus**

**τὸ τέκτων** scriberetur. Ac maret me maxime, ut sic censeam, quod non dicit Adamantius **ἄδειος** tantum, sed addidit **οὐ ταῖς ἐκκλησίαις φερομένων δαργελλῶν**. In qua quatuor Evangeliorum id legi negavit, in aliis apocryphis ( pata in Evang. Infantriae & alius ) id non negavit. Et vero non tantum Celsi objectiones, sed & **νοθονόμους** Evangeliorum testimonia, graves Origeni exittere causae, cur, dum haec scriberet, exemplaria Matthaei & Marci, quotquot posset, adiret; nec illum credo aliter, quam post sedulan inquisitionem, pronuntiasse illud **άδειος** suum. At vero postea, ut in describendis Graecis exemplariis critici illorum temporum ho-diem lecturem TEKTΩN alteri Origenianae praeponeant, fecerit credo Jutini auctoritas, qui IESVM non tantum **τέκτων** nunc, sed & ipsum **τέκτων** tuisse, & aratra ac juga factitiale astinuaverat. Hinc August. in II. de Conf. Evang. 2, non mirandum esse ait, quod id (nempe Nonne hic est faber?) **Ιudei dicerent**; **eo enim & fibrum creditabant**, quo & fabri filium. At Basilii, si quid judico, **οὐ τὸ τέκτων** in Marco cum Origeno legit. Cur quia IESVM **χειροτέχνην** fuisse ex Luc. II. 51. probavit, ex Marco haud dubie id luctucentis probaturus, si **τέκτων** ibi reperisset. Basilius locus est in **Αρχ. δικτον.** ( to. 2. ed. Bened. p. 549. A. ) ubi ait, **IESVM in prima aerae subditum parentibus, ονταν ταῦτα τοπολεῖν** cum ipsis sustinuisse. Ac mox: **Ut ait Scriptura ( Luc. II. 51. ὑπαπαριεῖσθαι αὐτοῖς )** subditus iis, laboresque una cum iis perferendo ( **τῷ συνδιαφέρειν ταῖς πάντας** ) obediens iam suam prorsus declaravit.

Mox pergit apud Origenem ca-villator Celsus in hunc modum: **ἄτερ διὸ τὸ ΤΕΚΤΟΝΑ** duxit ( Inv. ) γεγονέναι, αναπεπλαγμένος τὸ ξύλον τῆς ζωῆς. πάλιοθντος δὲ, εἰ μέν σκυτοτόμος ήν, λέγεται τινα περὶ σκύτου αὐτοῦ. εἰ δὲ λιθότος, περὶ λίθου μαντεῖος. εἰ δὲ σιδηρεστερός, περὶ σιδηρᾶς σύγχυσης. Hoc est. Si propterea confitum est lignum vitas, quia **τέκτων** ē. s. faber lignarius illa

( IE-

locis id non constaret ; satis esset , si eos sciremus eamdem Graecam linguam usurpare , quam profani ( quorum confertam testimoniū nubem de ea notionē vocis sup. not. 331. produximus ) usurpabant . Atq. equidem mirabar antea , cur ex Graecis unus Justinus obiter de Christi , ejusq. patris τομής οὐρανοῦ opificio mentionēa fecerit . Nam si Ἐγγλεῖον Evangelicus γενικόν τι , vagumque & incertum opus complectetur ; satis hoc illos impulisset , ut siquid de ea re ex antiqua traditione ad eos usque pervenisset , id ad sequentem aetatem transmittenet : sin minus , hoc ipsum saltem faterentur , se de artis genere nihil comperisse remq. in incerto relinquenter . Nunc illi eam controversiam securi praetervehuntur . At vero mirari desii , postquam Ἐγγλεῖον veram significationem deprehendi . Nam quantae id ineptiae fuisset id adnotare , quod non modo docti , verum & *laicos* in Evangelii recitatione ita percipiebant , ut omnino aliud percipere nullo modo possent ?

Dixi Graecos de Josephi opificio non dubitasse . Relinquitur cur Latini aliquot dubitaverint , imo iidem aperte illum fabrum ferrarium fecerint . Sunt autem in eo censu hi qui sequuntur ( 340 ) Hilarius , Ambrosius , Chrysologus , Beda , ac praete-

rea

(IESVS) erat : ergo *si* *sutor* fuisset , nobis obtulerent nescio quod CORM SANCTVM ; *si* faber marmorarius , aliquem BEATVM LAPIDEM ; *si* ferrarius , FERRVM CARITATIS . Quae sane verba palmarium auferat . Nam Evangelicum τέκτων ita materiarium esse Celsus intelligebat , ut etiam negaret eumdem aut coriarium , aut lapicidam , aut ferrarium posse intelligi : id vero tota Ecclesia contentiente censebat ; id quod ex Origenis ratione constat : ut omittam parem Juliani imp. & Libanii sophistae de Divinas domus opificio cum Christianis illius aevi confessionem , quam sup. not. 338. observavimus . Et tamen adhuc vocem ΤΕΚΤΩΝ , tamquam πολυτελούς , vulgo accipiunt ; & sunt qui ferrarium , sunt qui structorem Josephum & CHRISTVM , in tanta litterarum luce , & adversus tam ineluctabile gentilium & Christianorum apud Origenem testimonium , tuto haberi possunt dicant . Nam cedo , quid horum

vidit heic Origenis adnotator Spenerius ? Aut vero estne aliquis ex iis , qui hanc questionem copiose tractarunt , qui hoc Celsi apud Origenem testimonium quidquam ad hanc causam facere intelligeret ? imo qui non potius Origenem heic , ut vulgatae sententiae aduersum , in partes vocaret ? ( id quod & Calmetus & alii fecerunt ) qui certe quod de Christo ( falsis exemplaribus suis ) negavit , id de S. Josepho nec ivit inficias , nec potuit : idemque , in quo caput est , hoc hosti suo dat , τέκτων Evangelicum non esse πολυτελούς ( quod vult Hesychius ) nec pro fabro ferrario ( quod Latini dixerunt ) aut lapicida , aut sutor accipi posse ; sed esse eum artificem , qui circa ligna occupatur . Annon hic tantum locus , si animus constitisset , controversiam finiebat ?

( 340 ) Latini Pares opificis ferrarii patroni .

S. Hilarius in Matth. c. XIV. n. 2. Quin etiam ( CHRISTVM ) parentes artis quodcum opprobrio laces-

funt.

funt. Sed plane hic fabri erat filius, ferrum igne vincentis, omnem saeculi virtutem judicio lignem judicii, de quo alibi Hilarius, intelligit) decoquuntis, mafiamque formans in omne opus utilitas eius. *omn. n. s.*

Idem Ambrosius dixit; sed ita, ut plusculum etiam in lignario artificio lusent. Ejus locus separatum non in seq. adnotatione dabitur.

Chrysologus hom. 48. ad illum, de quo scribimus, Matthaei locum sic scriptum reliquit: CHRISTVS erat fabri filius, sed iulus, qui mundi fabricam fecit, non malico, (quod aerarii fabri fuisset) sed praecerto: qui elementorum membra non ingeno (i.e. macchina aliqua: vox est aevi posterioris, unde Italis Ingengno, & Ingenniero) sed iussione compedit: qui mafiam saecula autoritasse, non carbonem constituit: qui solem non terreno igne, sed superno calore succendit. Tamen idem Hom. 49. FABRI nomen generalius usurpavit. Bene, inquit, personam tacuit, ut proderet ex arte genitorem, dicendo non Joseph, sed Fabri filius. Et quis talis faber, qualis est iste, qui ex nihilo tantum (&) talen fabricatus est mundum? & quis faber talis, qui sonus bonae artis suis auctor, solus largitor exsistit? Dic ergo Iudee, Fabri filium, ut Dei filium factaris invititus.

Nec minus Beda eidem fabri aearii significatui haesit, & ita ut plura ex Ambrosio (quem vide not. seq.) descripsiterit. Sic enim lib. 2. an Lucain (p. 265, ) ad eam quæcognitionem, quare CHRISTVS Fabri filius, imo faber appellari volueris respondet: Se ejus ante saeculis filium esse docuit, qui fabricator omnium in principio creavit Deus caelum & terram. Nam eti bimana non sunt comparanda divinis, typus tamen integer est; quia Pater CHRISTI igni operatur & spiritu, unde & de ipso, tamquam de fabri filio, praecursor ejus ait: Ipse vos baptizabit in Spiritu Sancto & igni. Qui in domo magna bujus mundi diversi generis vasa fabricat, imo vasa iras spiritus igne maliendo, in misericordiae vasa commutat. Unde bene Malachias, quum ex persona Patris dice-

ret: Ecce mittam Angelum meum &c. Post pauca ait: Et fedebit confians &c. Quae omnia eidem verbis in Hom. Quadrage. repetuntur:

Et hi quidem iunt, qui ab explanatoribus Scripturæ, aut Ecclesiasticae historiae, pro fessario Josephi opinio laudantur. At & Leandrum & Ihorum Hispalenses id disterre & in allegoriarum ambagi- bus dixisse reperio. Quorum prior (quem Greg. Papa tecum amicitia junctum teatatur j lib. de institutione Virginum cap. 14. (to. XII. Bibl. PP. pag. 1005. B.) sic poluit: Sed & Josepho cui fuerat desponsata (MARIA) quum esset iustus, erat tamen & pauper, erat victimus & vestitum artificio quaereres. Certe & ABER FERRARIUS fuisse legitur.

Alter vero Hispalensis Iudorus in Regula Monachorum cap. 5. Patriarcharum, & philosphorum exemplis, qui aliqua se arte exercuerant, etiam S. Joepacum adnectit his verbis: Et Ioseph justus, cu virgo MARIA desponsata existit, faber ferrarius fuit.

Sed & Zachariam Chrysopolitanum (Latinum saec. XII. scriptorem) reperiò sic antiquiorem (Augusti Hieronymi ac Bedae) dicta contextuissit, ut tamen in FABRI notione ferraria porosissimum conqueverit. Sic ergo (to. XIX. Bibl. PP. pag. 816. B.) Marcus ait, Domini num dictum fabrum, Matisbaeus fabri filium. Utrumque dicit potuit. Credabant enim eo esse fabrum, quo fuit filium. As vero in illorum errori veritas latet. Vere enim erat filius fabbi, qui per ipsum in principio omnia fecit; qui operator Spiritu Sancto & igni; qui fabricatus est auroram & solm, Ecclesiam primiavam & sequentem, Pater CHRISTI & CHRISTVS in magna domo bujus mundi diversi generis vasa fabricant: & vasa iras Spiritus igne moliendo, in misericordiae usus commutant. Unde Malachias ex persona Patris ait de Filio: Et sedebit confians. Et quae sequuntur Malachiae verba.

Idem Malachiae dictum vice commentarii affert ad Marci VI. 3. Hugo de S. Caro Card. Sedebit, inquit,

rea Hispanenses duo Leander & Isidorus , Zacharias Chrysopolitanus , & alii . Quamquam ceteroqui Ambrosium <sup>versus</sup> Fabri notioni ( 341 ) adhacisse puto : ita plures simul artes confundit

quit , conflans & emundans argenteum . Ex quo factum ut hunc Hildegbertus in de studiis CHRISTI laudaverit , quasi qui CHRISTVM aurificem fecerit . Sed qui confiat aurum & argenteum , nae is & aeris fundi gnarus est , uti conitat ex jilis singularibus , quae in numeris visuntur , A. A. A. F. F. auro argento aere fundo feriundo . At idem Hugo , quia a Matt. XIII. 55. producit Hieronymi verba ( qui in principio omnia fecit . . . qui fabricatus est aurorum & solem . . . quae nos infra depoinemus ) hinc credo , ab eodem Hildegberto quasi & structio-  
ni artificii patronus Hugo ponitur . (341) Ambrosii de FABRO Evangelica locus exponitur , cunque Pseudo-Theophilus <sup>magister</sup> expatitur ; quem ementitum T. Theophilum Latini , non Graecioris fuisse conficitur .

Ambrosius ad Lucanum lib. 3. num. 2. artes tres una contexit ; kru-  
ftionem , quam CHRISTI Patrem inundi fabricatorem nuncupat ; li-  
gnarium , ubi circumdolandi , secu-  
rim admovendi , secandi verba tui-  
pavit ; ferrariam in illis verbis ,  
igne operatur & spiritu . Non ali-  
num ( inquit ) etiam viderur , ut qua-  
ratione fabrum parvem habuerit , de-  
clarem . Hoc enim typus eum pa-  
rem fibi esse demonstrat , qui fabri-  
cator omnium condidit mundum ;  
iuxta quod scriptum est : In prin-  
cipio fecit Deus caelum & terram . Et  
hic usque Pater CHRISTI aedifica-  
tor est . Pergit autem : Nam ei si  
humana non sunt comparanda divi-  
ni ; typos raman integer est , quod  
Pater Christi igne operatur & spiri-  
tu ( Haec vero ferrariam officinam  
olens ) At quae mox postremo ad-  
dit , sunt plane <sup>rectitudine</sup> & tra-  
quam bonis animae faber vicia no-  
stra circumdolat ( i.e. circum ampu-  
tari : vide supra pag. 172. & seq. ubi  
de verba D.O.L.O ) etio securim admov-  
ens arboribus inforcandis , securi-  
tatis exigua , culminibus servare

sublimia , rigida mentium spiritu-  
igne mollire , & in variis usus omni-  
bumanum genus diversa ministerio-  
rum qualitate formare . Dixi haec  
ultima est & extrema esse petita .  
Nisi quod illud Rigida mentium spi-  
ritus igne mollire videatur quoque  
artem aeriarum arguere . At vero  
quid ergo ita ferraria inter tot  
locutiones ? Anon hoc  
quoque e materiali fabrica arcel-  
lum videri possit , qui quoties vuln-  
prava ligna <sup>fracta</sup> , aut recta fle-  
ctere ad praescriptum modulum , ad-  
moto igne id assequuntur ? Accedit  
quod Augustinus ( infra not. 345 )  
producendus ) in ejusdem loci exphe-  
catione dixit , Mentre rigidam ex-  
planat , quod est lignarium opus .  
Verum longe verisimilius est , istud  
Rigida mentium . . . locutionem  
esse , maxime propter  
il quod sequitur , spiritus igne mol-  
lire . Mollire enim metallorum est .  
Id si est ; jam novum hinc argumen-  
tum confitet , quo demonstretur , au-  
tem commentarior . in Evangelia ( quod opus Theophilii Antiocheni  
nomen mentitur ) non Graecum , sed  
Latinum scriptorem fuisse .

Id vero ut ostendam ; sciendum  
est , modo recitatam Ambrosii ex-  
plificationem , qua parte signaria est ,  
iisdem planè verbis in feudo-Theo-  
philico repertis , lib. I. commentarior .  
in Evangelia ( to. II. Bibl. PP. par. 2.  
pag. 469. F. ) cuius integer locus sic  
habet . Nonne hic est filius Iosephi fa-  
bri ? Filium fabri vel ab obrectu-  
ribus se Jesus voluit appellari ; quis  
ipse conditor mundi Deus in principio  
fecit caelum & terram . Et quia ter-  
rena nos dicent quae sunt caelestia ;  
quasi bonus animae faber , spiritua-  
lia vicia nostra circumdolat , eto  
etiam securim admovens arboribus  
infuscandis , seccare doctrinæ exigua ,  
sublimia seruire culminibus , rigida  
mentium spiritus igne mollire , &  
in variis usus omni bumanum ge-  
nus diversa ministeriorum qualitate

dit commiscuitq. Verum ajo (in eoque non dubito quenvis sponsione lacestiere) Latinorum de arte ferraria opinionem a posterioris aevi significatu vocis FABER ortam fuisse. Non, inquam, ab antiqua & legitima Ecclesiae traditione (nam quae usquam proba traditio esse potest cum Evangelio Graeco pugnans? aut cuius primordia ab aevo Apostolico tam longe absunt, ut vix quarto extremo saeculo aut quinto inceunti sint imputanda?) Divinæ domus ars ferraria arcetatur; sed ex eo, quod vox FABER (quam in Latina Evangeliorum interpretatione Latini reperiebant) absolute posita, aerarium fabrum, aevo saltem sequiore, notaret. Nam sicuti Graecis vox originatione suâ γεννητης illa επαγγελης tamen ex antiquiss. & constanti uso peculiaris materiariorum evasit; sic Latinitum FABER, vox certe per se satis usq. generalis, fuit quum propria tandem ferritorum artificum evaderet. Utinam vero hanc notionem ex prisci Latii (342) auctoritate probare possim. Sed satis erit, si eam-

dem

*ferrare.* Quoniam ergo hic locns Ambro-  
nio cum Pierido-Theophilo communis sit; scire liber, uter ex altero ea descriperit. Vulgo itarunt, que in Ambroso & Hieronymo acque atque in Auctore cūmentariorum eidem verbis reperiuntur, ea ex illis in hunc esse derivata, non contra. Addunt etiam, ementitum hunc Theophilum non Graece sua commentaria, sed Latine scriptisse: quae quidem qui discere aet, adeat Nicolaum Nourry in Apparatu ad Bibl. P. to, 2, p. 119. & nuper Fabricium Bibl. Graec, lib. V, pag. 93. Quibus equidem quoniam pleraq. afferint, cum & hoc addo: si illud *Rigida* *mentis* *spiritus igne-molare* ex officina terra petatum est, ut certe videtur; Non porusse hoc a Graeco nullo scriptore profici. Nam ut copiose & liquido ostensum fuit, Tegmen raro quidem aedificatorem aut lapicidum, plenimque vero materialium significat; fabrum autem ferrarium prorius numquam. Quo posito, quis umquam sibi persuaserit, Graecum scriptorem de Evangelico Σάτυρος sic tamquam de fabro ferrario turke locuturum, atque ab ea officina allegorias hinc feretur. At a Latini scriptoris ingenio id non abhorret; quippe quoniam

Latinorum FABER praeter lignariam significantiam, etiam aerarium haberet; imo quarto & quinto saeculo, ut in sequentibus ostendetur, FABER absolute positum haud ferme aliud quam aerarium notaret. Adde quod verbum *circumdolo* Latinis in usu erat (Plin. XVI, 32. Platanus etiam circumdolassis lumenbus, restibilis sponte facta) at Graecorum nemo, quod scriatur, compofitum τεγματεύει usurpavit. Ergo commentator, illorum auctor aea Graeci, sed Latini oris fuit; & quidem, uti credibile est, Ambroso & Hieronymo posteriori; qui proinde ex illis (ut & ex Cypriano) nonnulla petita, εὐρολέξη suis commentariis intexuerit. Accedit, supra scriptum locum cum Ambrosii ita optime consentire, non item cum Pierido-Theophilii: id quod accutius intuenti luce clarius fiet, (342) FABRI vox peculiariter ferrario apud probos Latinicauis scriptores bœdhrano accepta.

Videtur sane id posse ex ostendere, quod pisek 15, qui Athenaeo lib. VII. χαρακτης (quod latine ferrarium dixerit, appellatus is vulgo putatur esse, qui Plin. IX. 18. est zeus, idem FABER appellatus. Ac cursus XXXII. 10. FABER,

dem aevi Latinorum patrum illorum, quos sup. laudavi, obtinuisse

**BER.**, sive zeus. Columella<sup>VIII.</sup>  
17. Us. *atlantico FABER.*, prisa  
confuetudine zeum appellamus. Sed  
tamen Rondeletius intercedit, qui  
putat *Fabrum* ab Athenaci *Coelco*  
differere: cum vide apud Hard. ad  
Plinii priorem locum. Nam nunc  
quidem id ad trutinam revocare  
non vacat: et si ceteroqui in eam  
sententiam sim inclinator, ut pro-  
pterea putem *Zeum* appellatum  
*Latinis Fabrum*, sive quodd Graecorum  
*Coelco* vere is responderet, si-  
ve quod respondere crediderint. In  
Matthiae Martini Lex. Philol. in  
*Faber* & in *Zetas*, invenies, putari  
*Fabrum* sic appellatum, quia fabri-  
lia instrumenta in eo deprehendun-  
tur. Cuius fides sit penes auctores.

Ceterum in Plauto *Fabrum* vix  
aliter quam pro aerario artifice usur-  
patum repertos. Ac igne qui dera  
com adjuncto ferranti: Rud. II. 6.  
47. Ut fortunati sunt fabri ferrarii,  
qui apud carbones assident & semper  
calent! Alias semper sine ullo adje-  
ctor. Molt. IV. 2.1. Tace sis faber,  
qui cuderis sales plumbeos. Numinos.  
Poen. IV. 2. 92. Dum calet... prob-  
rum adibes fabrum: quod iug-  
galo cit, sed ita ut a ferraria offici-  
na manarit. Capt. V. 4. 30. arces-  
satur faber & ut istas compedes Tibi  
adimam, huic dem. Ibid. III. 5.75.  
Abducite istum actumum ad Hippoly-  
tum fabrum, Jubete huic crassis com-  
pedes impingier. Itsi apud tumdem  
comitem Mil. III. 3. 4. Faber est  
naupegs: & Most. I. 2. pluries est  
adicator. Sed familiarior, uti di-  
xi, peculiaris ~~zeta~~ norio huic  
poetae fuit. Adhaec illud Virgilianum  
VIII. Aen. 415. de Vulcano  
(*Mallibus & stratis opera ad fabrilia*  
*surgit*) eadem peculiaris significa-  
tione a Servio exponitur: quod ali-  
bi deponimus. Ovidius eadem  
ubique ferme notione usurpavit: I.  
Amor. 9. 39. *Mars quoque depressus*  
*fabrilia* (i. e. Vulcania) *vineula*  
*sensit*. De ead. fabilla Met. IV. 175.  
Quod opus fabrilis (i. c. Vulcani)  
decera tenebant. III. Faust. 383. Ma-  
narius (*enorum*, *fabre ne exactior*  
*artisti?*)... clausit opus Anciliorum.

Phaedrus IV. 3.

*In officina fabri venit vipera:*  
*Haece quum tentaret si qua res esset*  
*cibi,* (max.)  
*Limanu monardit. Illa contra contum-*  
*Quid me, inquit, stulta dente captas*  
*ludere,*

*Orone ad sidera seruum quae considereret*  
Martialis IX. 70. *Tamquam per cur-  
sis incudibus aera resulant.* *Caufa-*  
*dicum medio quum faber aptat equo.*  
Idem X. 48. *fabrum fabrum*, quo-  
rum intelligat, ignoro. Juven. XV.  
68. *Nescivint primi gladios exten-  
dere fabri.* Cujus vetus interpres etiam  
illud FABER in VII. 223. *faber fer-  
rarius* interpretatur; recte an secus,  
infra nos seq. v debitur. In Petro-  
ni fragmato Traguriano (pag. 188.  
& seq. edit. Amst. Mich. Hadr. 1669.)  
Ex bac missa (miscellanei metalli)  
fabri sustulerunt, & fecerunt cathe-  
la, & paropades. Mox: *Faber* suus  
qui vitrea vasa fecit. Deinde in ea-  
dem narratione pluries *Faber* pro  
viriaria: nec ab re vitrum inter  
metalla adnumerarit Petronius.

Plinius erit plerumque *Fabrum*  
intelligit *Tremus*; tamen & *Ferra-*  
*rii* *faborum officinis* in XXXV. 15.  
dixit, & XXXIII. 1. ( sect. 4. in  
Hard.) *Vulcani officinam, fabricam*  
absolute appellavit. *Fabricam* etiam  
*absa fabulam*, & alii *maiebris cul-  
tus*. . . *fabitasse*; quod eit apud  
Hom. Il. Σ. 400. Politemo XIV. 1.  
(sect. 3.) *Aliis (uvis) gratiam . . .*  
*fumus affri fabrilis . . . in fornaci-  
bus . . . Eam uvam Coel. Aurelian.*  
IV. 3. *fabilem* appellat.

Arque haec terme loca sunt, ubi  
TABER absolute positum pro *ferra-*  
*rio* usurpatur; ex quibus plura  
(nam de omnibus id non affirmo)  
sunt talia, quae *nevadu* *ne-xylu* aut  
artificis nomen aegre admittant &  
veluti Plauti *Abducite ad Hippoly-*  
*tum fabrum*, Ovidii *fabritis* pro  
Vulcano, & alia non paucā ex re-  
cenctis locis. Sed tamen apud eos-  
dem scriptores (aut saepe, aut in-  
terdum) FABER est *materiarius*: &  
etas argentea vix aliam quam ligna-  
riam notionem ei voci subjiciebat.  
not. 333.

se demonstravero. Id vero primum doceo ex vetere Glossario, in quo *Faber* respondet Gracco nomini χαλκοτύπος, quod aerarium sive ferrarium artificem designat. Deinde idem diserte copioseq. ex Isidoro in XIX. Orig. 6. 7; ex Juvenalis Interpretate, & ex Servio ad Aen. VIII. & aliis ostendo; quorum locos in subjecta (343) annotatione adscripti, Ergo Latinis illis quarti & sequenti-

(343). De FAERI abso:ute positi no-sione ferraria. ex Isidoro & aliis col-lapae Latinitatis Scriptoribus.

Multus eit Isidorus in XIX. Orig. 6. & 7, ut ostendat, *Fabros* proprie-haud alias esse quam *ferrarios*. Nam cap. VI. (quod inscribitur de fabri-cis sive fornacibus) sic orditur: FA-BER a FACIENDO FERRVM im-postrum nomen habet. Hinc der: u.i-um est nomen ad alias arti-um mate-riar, FABROS vel FABRICAS di-cre; sed cum affectione, ut FABER LIGNARIVS, & reiqua PROPTER OPERIS scilicet FIRMITATEM (hanc operis firmitatem fabricae propriam etiam Servius. mox pro-duendus agnovit) In FABRORVM autem fornace gentiles Vulcanum au-dorem dicitur, figuraverit per Vul-canum ignem significantes, sine quo nullum metalli genus fundi extendiq. potest. Mox: FABRICA duabus re-bus constat, VENTIS & FLAMMIS (Ex his probe intelliguntur supra adscripta Hilarii, Ambrosii, Chrysologi, Bedae loca) Flamma vero proprie fornacis est dicta, quod FLA-TV folum excitetur. Deinde cap. VII. (cui praescribitur titulus: De instrumentis FABRORVM) qui sunt absolute & sine additamento FAERI, instrumentorum recensio ostendit; nempe *incus*, *malleus*, *marcus*, *marcellus*, *marculus*, *forneps*, *lima*, quae sunt omnia fer-ria intrumenta.

Nec diversa porro sententia ye-teri Juvenalis interpreti sedet; qui ad illud sat. VII. 222. Aliae quod nōdis ab ora Sedisti, qua nemo fa-ber, qua nemo sedet. Qui doces obliqua laram deducere ferro: illud NEMO FABER interpretatur Fer-rarius; idque omnino ex passim usi-tata notione, quae aeo Scholastae illius voce FABER subiectebatur,

Nam ceteroqui, si rem intropicias, nein praetribuit, Juvenalem hec Fabrum pro ferrario accepisti: Quid-ni enim sit περιστός quivis operum diuini artuexi Quid quod τὸ se-dere (quod ibi αὐτὸς οντος subaudi-tur) aerario parum videtur conve-nire? Tamen Plautus Rud. II. 6. 49. de fabris ferrariis dixerat, Αρα-ctubones assident; forte ubi sunt otio-si. Quinquam ceteroqui Plautus & Juvenalis sedendi verbo artes fellula-rias designare voluerunt, quare nominis veniebant non tantum eas, quae sedendi habitum in artifice re-querenter, sed & quae cunctem in-fra officinae parietes sedere i. e. morari cogenter. Hinc illud Malachias III. 3. Et sedebit consilans, & emun-dans argentum. Et Hebreas cete-roqui familiare est eo significatu τὸ sedeo. Ad Juvenalem redeo, qui pulchre Iudimagi tri artem inter-fellularias ponere studuit, inquiens, Mediae quod noctis ab ora Sedisti.

His omnibus antiquior Servius ad illud Aen. VIII. de Vulcano: Mol-libus & stratis opera ad fabrilia suggit: illud fabrilia exponit dura: tunc addit: Et ex contrariis epibetas sedi-urnatum, dicens, Molibus & stratis suarexit ad opera fabrilia. Potremo-uri dixi in veteribus Glosis vox χαλκοτύπος (i. e. aerarius labor) eit ubi rediatur absolute FABER.

Atque haec ex grammaticis. Nunc porro videamus, utrum scrip-torum quarti & sequentium facie-lerum usus cum horum grammatici-orum scitis concordaret. Ordinar au-tem a FABRICIS & FABRICENSI-RIVS, quorum multa eit in utroque Codice, Notitia, Cagliodoro, & alibi mentio. Sunt autem *fabri* & *fabri-  
nihil aliud, quam ὄγητονται h.o.a-  
norum officinae, in variis iisq. defini-tatis Imperii locis, & sub dispositio-ne Magi-*

quantum saecularum scriptoribus, quem Josephum Fabrum audirent, statim aerarii sive ferrarii artificis notio subibat. Quia ex notione rati posse se moralia documenta elicere, hinc ea, quae sup; not. 340. adscripti, in suis scriptis posuerunt.

At Hieronymus, quippe haud paullo ceteris cruditior, hand inseite ad notionem verbi *metallicus* & vocabuli *Tēkōn* strūctoriam spectasse videtur, ac pro fabrica caementaria stetisse. Quem in eō saeculō quoddam saeculi XII. ac deinceps Scriptores reperio; quos una omnes in subjectam (344) adnotationem coniici.

Postre-

Magistrorum officiorum. Ac de his fabris multus apud eruditos sermo. At qui quod hae officinae, Fabricae nuncuparentur, id ab uitato, junc temporis FABRI absolute positi significatu flexit, quatenus id vocabulum vix aliud quam ferrarium artificem passim designabat. Quod etiam aeo posteriori sub Carolo Calvo obtinebat, in cuius Capitulis tit. 36. cap. 23. quaedam de Fabro & fabricino eo- dem significatu reperio.

Sed venio ad quarti saeculi ac deinceps scriptores; ac sane videamus, num revera apud illos FABER, FABRILIS &c. absolute posita est *χαλκία* significant. Arnobius, qui excepit tertio saeculo floruit lib. VI. (pag. 197. ed. Lugd-Bat. 1651.) Cum puto Vulcanus formatus & malleo... & FABRILIS expeditione succinctus. Ubi fabriliis expeditio est *τερρίγυα τὸ χαλκόντα*, quod fabrum ferrarium peculiare erat. Vide ibi Des. Heraldi adnotata; qui ex Arriani Epistolo IV. 8. (in fine pag. 426. ed. Colon. 1595.) confirmat τὸ πτελοῦ τὸ τερρίγυα signum διατετάντο fabrum aeriarum fuisse.

Claudianus Carm. 2. De piis fratrib. & eorum status (quas certe ex aere factas distichon sextum ostendit) versu 26. Dicitur vultus cum pistate fiber. Et de bello Get. 542. Flammisque diu mollitus & arte In sua dimma oblybi, FABRO lugente, rubebat. Etsi eamdem vocem alibi de materialio usurpavit.

Auifonius Mofella 267. in eleganti follium descripione. Sic ubi fabriles exercet spiritus ignes, Accipit alterno cobibesque foraminis ve-

tes Læna sagittis alludens parva (i. e. επιτρόπης) cavernis.

Prudentius raro videtur aliter quam pro aerario ea vox adhibita. In 1. contra Symon. 209. de Vulcanoc Fertur & Aeliae summus faber esse, vel Aetnae. In X. Periteph. 293. Fabri deorum vel parentes quatinus? Qui si caminis institissent signis. Non esset ullus Jupiter confatisilis.

Magnus Gregorius ad illud 1. Reg. XIII. 19. Faber ferrarius non inveniebatur in omni terra Israël, sic commentatur, ut ipse Fabrum absolute eodem significatu usurpet; ut (p. 295. B.) Fabri namque arce adjuti vincerent, &c...

Atque haec fatis fore puto, ne intelligatur, aeo colapsae Latinitatis Fabri simpliciter positi nomines ferrarium venisse. Id magis mirum Vossium illum, cui Latinus sermonis critice, quantum non alteri, debet, eadem notio *artem fabilem usurpare*, quando in II. de Idol. 66. ad Vulcanum an ad Minervam *artes fabriles* autorem sit referenda, disputat qui *μεταλλεύματα* intelligit.

(344) Hieronymus ad March. VI. nihil de ferrario opificio delibavit, sed initiebat potius arti strudoriae: ad quam certe mundi fabrica comodiū refertur. Deinde, inquit, iens in patriam suam, filius fabri JESVS vocatur. Et hoc mystice: sed fabri, qui fabricatus est auroram & solem, id est Ecclesiam primam & sequentem, in quarum figura mulier & puella sanantur. Ac ne quis puret, me obtuso collo invitum Hieronymum in hanc sententiam pertraxisset ecce idem vir summus ad Zach. I. haud procul a fine capitii clarius se-

Postremo et si Latinorum plenius pro aeraria officina militari verunt, nonnulli pro structurae opere: tamen adhuc sunt, qui pro materia fabrica adduci possint. Ex quibus Ambrosium & Pseudo-Theophilum sup. not. 341. jata in medium attulimus; nunc & Autorem (345) Operis imperf. in Matth. &

prae-

se explicat. Nam ubi fabros prophetae hujus *passus* pro aedificatoribus (virtutum scil.) accepisset, idq. Scripturis firmasset; addit: *Unde.. ipse Dominus Dei omnipotens filius Creatoris omnium*, *FABRI filius appellatur*. Ex quibus non sit dubium quid eruditissimus Doctor Evangelicu[m] *Fabrum* appellaverit: in quo Hieronymum non incenso, quippe qui fort. sciret Graecum *ΤΕΚΤΩΝ* nonnumquam metu rarius, de lapicida & aedificatore usurpari (vide sup. not. p. 340. & 321. & ibi dictis addit Christodolum Grammatici auctoritate, re- jicientis vocem *αἰρεδόμενος*; cuius loco dici *vult εἰπεῖν τέκτων*.) Latinorum vero *FABRO* non tantum ligna & metallia, verum etiam struc- toriam materialia *ύποκαθίστας*; eos atitem, non magni faceret, qui sua aetate *FABRUM* sine adiunctione de serario tantum acciperent.

Augustino quoq. (aut potius enivis alteri sub Augustini nomine) Josephi ars *αἰρεδόμενη* placuisse videtur; modo vera sint ioca, quao ex illo affe- runt Boilandus, & Corn. a Lepide. Ea nunc adire non vacat. Sed indeat, cui libitum est, Tillemontij extremam not. 2. de S. Josepho.

Sed quidquid de Augustino fuerit; quem puto potius lignariam Josepho asciam in manus dedisse, ut infra ex S. Thoma ostendam: luet alios Hieronymianae sententiae sectatores modo a me conquisitos depromere. Reinigius Autiliodorensis in Zacharia ad fin. cap. 1. (to. xv. Bibl. PP. p. 105. D.) verba Hieronymi de fabris spiritualibus *αἰρεδόμενα* descriptis: ex quo conjicere licet eum in Hierony- mi iuvene sententiam.

Ali quanto clarius fese explicat Paschalis Rathetus Corbejenis, qui medio saeculo IX. obiit, lib. VII. in Matth. Evangelium (to. XIV. Bibl. PP. p. 53. A.) *bridendo magis fabri*

*filium eum vocans, us ex vilitate operis amplius eum despiciant; quamvis Dei nutu, et si invitati, de illo quae vera sunt & Deifica loquerantur; quoniam Dei Patris est vere filius; quis fabricator est mundi*. *Unde Marcus eum non fabri filium, sed ipsum fabrum dicit. Eo enim eum fabrum credebant, quo & fabri filium (sunt Anglia, verba) ex artificio patris vere & ipse faber; quoniam fabricatus est orbis, per quem facta sunt omnia.*

Vetum alter Corbejenis. Monachus, Paschalis, aequalis; Chirillanus Druthinarius Grammaticus, quid *Fabrum* Evangelicum appellaverit, non sinit nos dubitate. Is expo- sitionis in Matth. cap. 35. (to. 15. Bibl. PP. p. 129. E) sic posuit: *Fabri filius autem fuit, sed non iussus*. Pater eius *CAMERAM Caeli sic lucidam & eu- cum fabricatus est per hunc, quem despectus.*

Postremo & Hugo le S. Caro quia ad Matt. XIII. 55. verba Hieronymi suprascripta usurpaverat, Josephum fecisse structorem est creditus. At idem quia ad Marci VI. 3. verba Malachiae 2. commentarii loco posuerat; multo verius flatuariae artis patro- nus exititerit. Vide ad finem not. 340.

Verum quid incidit, cur Pro- vangelium S. Jacobi incogitans pre- terire? Ibi enim diserte S. Josepho *αἰρεδόμενος aedicandi artis tribuitur*. At eum locum male a quibusdam in- tellectum, de lignario opere esse ca- piendum docebitur not. 347.

(345.) *Aucto[r] operis imperf. in Matth. (ad calcem to. VI. Chrysostomi ed. Montf. Hom. 1. [ad Matt. I. 18.] pag. XXIII. E)* sic posuit. *Maria dispensatrix erat fabro LIGNARIO: quoniam & CHRISTUS spem- sus Ecclesiae omnem salutem domi- num, & omne opus suum per LI- GNUM Crucis fueras operatus.* Quo nihil luculentius. Quærerit integrę

praeterea duos veritatis doctores, duoque eximia Ecclesiae lumina, Augustinum, inquam, & S. Thomam, qui omnium instar erunt, ad lignariam Davidicae familiae *Asciam* nomina sua dedisse, adjuncta heic ( 346 ) adnotatio docebit.

Ac nihil aliud profecto nunc restat, nisi ut *Evangelia prius et non postea sive apocrypha*, tum & Orientales Divinorum *Evangeliorum translationes* in medium producam; ex utrisque enim Nazarethicae denus ars lignaria liquido constabit. Eo quidem ad spuria *Evangelia* quod attinet, non est dubium quia et si

inter eruditos, is auctor, ( qui se Chrysostomum videri voluit, aut alii voluerunt) Graece an Latine scripsisse. Erasmus praeivit suspicans, *illum Latine scripsisse, licet & Graece novuisse.* At hujus temporis critici, proposita Latine illius scripsisse, pro comperto habent. Quibus nihil habeo causae quin assentiar. Ceterum numquam hoc Tillenmontio dederim, eum Hispanum & quidem fac. VII. scriptorem fuisse, conjicienti. At qui quasquam magis, quam in Hispanis eo tempore ferrarium Josephi opificium radices egisse oportuit. Magna ibi fama erat Leandri, maxima vero Iadiorum operum. Itaque mirum, nichil in eorum lententiam concessisset. At certe hic auctor antiquior fuit; nec est, cur ei non credamus, post Theodosii tempora scripsisse, in quaenam. Deinde sive Graecam linguam optime norat; sive, quod ex stylo video colligere, ortu Graecus ipse, Latine scripsit. Qui nisi domo Graecus extitisset, nunquam vix vocabuli τεκτον tenuisset; indeque significantias *angustissimas*, de LIGNO crucis perivisit: quam notionem (ut de Hieron. taceam: de quo v. not. 344.) Ambrosius Graece doctus non tenuit, ut qui iisdem finibus TEKTONA, FABRUMQ. definierit ( v. not. 341.) quum contra Faber extra τεκτον terminos longius insulso procurrerit.

(346) Aquinatis sententia non tam in ejus Catena in Evang. querenda est ( ubi Vasia antiquorum loca contexit nihil de suo admitemens) quam ex *Opera* in *Matthaeum*. Sed tamen

hos commodi ex ea catena assequi inur, quod duin Hieronymi, Bedae, Hilarii ( priores, duos ad Marcum producit, tertium ad Matt. ) loca, quae jam supra proposuimus, affert; etiam S. Augustini loco, quod nunc in ejus operibus nec veris nec spuriis legitur, nos carere non sivit. Ergo summus Theologus in Cat. ad Mat. XIII. 55. affert sequentia ex Augustini sermone Nat. *Est astern Pater Christi faber Deus, qui totius mundi opera fabricatus est, arcum Noe depositus, Moys tabernaculum ordinavit, Arcam testamenti instituit. Fabricum exercitum, qui mentem rigidae explanat, ac cogitationes superbas excidit.* Qui sane locus nihil complectitur, quod ab Augustini style abhorreat. Imo locus est non insulsus: nam quod Ambrosius dixerat *vicia, circumvolat, hoc Hippomenis Egitationes superbas excidit:* quod ille ( a *variorum* scil. ad *xanthum* protrahens) *rigidae mentium spiritus igne molire*, hoc Augustinus persistans in re lignaria, *mentem rigidam* ( *ascia & runcina* ) *explanat.* Omne inquit hic locus totus sit in lignaria operibus; non dubitabo Augustinum inter Asciae patronos referre.

At S. Thomas diserte ac sine ulla ambagibus Josephum materialium fuisse ait, aerarium negat. Sic enim in com. ad illud Matt. *Nomine eius est fabri fil. scripsit: Ipse enim pustulatus filius Ioseph, qui NON ERAT FABER FERRARIUS, SEM LIGNARIS.* Quarevis etiam posse dici filius fabri ( ejus ) quis fabriscetur ne auctoritate solle. p. 71.

et si nihil prorsus Divinae auctoritatis iis sit tribuendum, tamen vel dum fabulantur, satis idonei receptae tunc temporis ( h. e. in Ecclesiae primordiis ) traditionis testes existant . De his vido in inferne ( 347 ) adnotatis . De orientalibus vero interpreta-

tioni-

(347) Primum omnium Protevangelium S. Jacobi num. IX. ubi de Maria sponsanda, & virgarum miraculo ( nota est narratio ) agitur, sic habet : Ιάκωβος ἐν προφητείᾳ τῷ οὐρανῷ, ἦλθεν εἰς οὐρανόν τὸν Ιωσήπον αὐτὸν ἀβέβαστον αἵστια ( male ibi interpres Postellus pro *αἵστια* vertit *securi* : idquod & Calmetus diff. de S. Jos. art. 2. *secutus est* ; *bacbe*) *exitio obviā illis* . Et adhuc dubitamus de Mariae Sponsi artificio ? Nisi vero si quis est , qui in tanta rerum ignorantie versetur , nunquam ut fando audierit , eccuius artis *Στιχείων* *αἵστια* signum *διαγράμμινον* fuerit . Atqui id Epicetus non ignoravit , quem Arrianus lib. IV. haud longe ab initio cap. 8. sic loquentem facit : Ἐντος τεκτώνος ἐστι· διὰ τοῦτο ; Στιχείων τούτῳ . Hic materialius est . *ceteri* ? *quia αἵστια* ( male hec quoque interpres *securi* posuit ) *uititur* . . . Hic p̄bilejopbus quare ? *pallium* *οἰνοδομητόν* & *comam* . Hinc *fabrum lignarium* in hisce provinciis vulgo *il Maistro d'ascia* appellatamus . Et tamen nostri critici jactant , in S. Jacobi Protevangelio Josephum aedificatorem exhiberi . Ita certe Calmetus vir eruditissimus Diff. de S. Jos. initio art. 2. docet .

At , credo , structor Josephus fuit ; *quia* ibid. ad finem capituli sic agens cum sponsata sibi MARIA inducitur : *Nunc derelinquam te domini* ( *απορθέουσαν γὰρ οἰνοδομητόν τὸν οἰνοδομητόν μα* ) *Vado exihi ad edificationes mens . Dominus autem te ca*-*stodia* . Quo nil clarius esse putant . Quasi vero in structurae opere nullae partes materiali sunt . *Πρὶν οἰνοδομητόν ἤλα τέκτων* in Geoponicis legitur pro his *Varioris* , *in edificia succidere arborum* . Mirio jam , quod sermone Hellenistico *τὸν οἰνοδομητόν* de materiali opere , & quovis alio dicitur . A& . XV. ex Am. so : *Αραιοδομητόν τὸν οὐρανὸν Δαβίδ* . Sic p. Rg. XXXI. 39. *οἰνοδομητόν* re-

fertur ad *οἶκον ἑλεοράτην* : 1. Par. XVIII. 6. ad *οἶκον κατέρρευσαν* : & 2. Par. XVI. 6. ad *ὕλα* : ut cetera taceam . At ne probi quidem Scriptores ab usu γενικῷ ejus verbi abstinuerint ; uti quum Lucianus de *νύνε βίστι* *γιβάδας ἀρχοδόμων* , & *τοῖς* *αἰδίσκαντας* *τομέντου* scil. aut quid aliud infarcens . Greg. Nanz. *τιθέντες καλαθίους οἰνοδομητούς* , *εἰστριντούς* . Et est *κατάχρησις* simili illi , *εἰσοχόην* . Non est ergo dubium , quin Protevangelium itud totum sit in lignario opificio .

Venio ad Evangelium Infantiae celebre in primordio Ecclesiae , in quo inter carbones haud raro & gemmas reperias . Id nunc to . 2. Cod. Pseudepigr. Fabricii ex Arabicō Latīnē redditum habemus . Ibi pag. 200. cap. 38. sic legitur . , Josephus autem , per totam urbem circumiens Domum JESVM seculim ducebatur ; quum propter artificium ejus homines illum arcescerent , ut portas illis , aut mulieralia , aut cribra , aut arcas conficeret . Quociescumque ergo Josepho aliquid operis sis longius aut brevius , latius sive angustius faciendum esset ; Dominus JESVS manū suam versus illud extendebat ; ac statim prout vellet Josephus , res succedebat ; ita ut opus non esset ipfi quidquam manu sua perficere , Mox cap. 39. , Arcessivit illum rex Hierosolimae qui tamē nullus tunc erat praeter Imper. Jo. XIX. 1. , & volo inquit , Josephus , ut solium mibi construas , ad mensuram illius , in quo sedere consuevi . Biennium in regia mansit , donec absolvisset , Quo in se de sua collato , duas utrinq. spithameas a præfinita mensura deficitur , animadvertisit . Josephus iram regis metrens , incænatus dormiebat . Cui Dom. JESVS . . tu unum , inquit , illius solli latius apprehendes , & ego alterum . . Cumque . . utq. a latere suo valide traheret ; , paruit

tionibus sic repente omnium antiquissimas, quaeq; ex Graeco & usq; manarunt, in iis Josephum (348) materiarium fieri; contra siquid forte non ex Graeco, sed ex Latino Codice, uno & ex Latinorum posteriorum scitis transfusum fuit, ibi statim eundem (349) aerarium artificem evadere.

## IV.

## MANTISSAE EPILOGVS.

Sed jam sero admodum animadverte mantissam hanc alteram longius mihi multo, quam praedixeram, processisse. Quod circa retinendam censeo, cursuque inhibendum. Nec enim fore amplius augor, qui Evangelicum Tēx̄, tamquam universi generis vocem habituri; aut vero de antiquitatis

in

, paruit solinm, & ad justam loci illius mensuram redditum fuit. . . Fabricatum autem erat solium hoc ex ligno illo, quod ex literas temporis Solemnibus (i.e. Sabbathis) ligno scilicet variis formis & signis, insignito.

(348) sensu. **Οὐρα**, quia, compactis jan in torculari formis, inferre heic non licuit; in Addendis cum scenore dabimus.

(349) Hebraicum Matthaei Evangelium a Tillio editum inteligo. In eo CHRISTVS dicitur

filius **נָפְחָה** nippeta i.e. sufflans.

Quo vocabulo ferrarius intelligitur, qui sole ad sufflandum utitur. Hinc **מַפְחָה** mapquah, foliis

& If. LIV. 16. ferrarius faber sic describitur: Ecce ego creavi (

**נֶרֶשׁ** neresh, obv. nippach

bæb) artificem sufflamento igne. Is in LXX. appellatur **χαλκὸς φυγὴ ἀσπατος** ferrarius sufflans prunus.

Vides profecto Judaeum. illum

**צְבָאֵשׁ** tsebaesh, quisquis fuit., qui Matthaei Evangelium in Hebreum sermonem transfudit, Evangelistæ

Graecum non vidisse, sed Latinum Vulgatae expressisse, & quidem

non ante illud tempus, quo Latinis

Faber peculiariter ferrarium significabat, imo post editas ac passim adop-

tatas illas Patrum Latinorum explanationes, qui illa ferrarii descrip-

tione igni operantis & spiritu

hunc Matthaei locum illustrarunt,

quam aeo sequiore in omnium ore

fuisse, mihi persuadeo.

(348.) Inter orientales Evangeliorum interpretationes Syriacam omnium antiquissimam esse, & ad Ecclesiasticas nascentias primordia referri, eamdemque ad Graecos codices elaboratam fuisse, nemo ambigit. Ibi tum apud Martheum, tum Marcum pro vocabulo Tēx̄ vox **נֶגֶר** negar, appenditur, quae sine controversia fabrum signarium significat.

Ut & Arabs ibidem habet Eben emagiar, filius fabri signarii. Vides utrobique **matərariū** reddi, imo eandem plane radicem **נֶגֶר**, ne una litera minus, utroq; fese offerre. Has vero duas interpretationes tantumdem esse ac Orientis totius confessionem, tum de notione Evangelici Tēx̄, tum de Nazarethicae familiae artificio, nemino non videt.

Ceterum dum haec placula, jam jam prelit experiretur; accepi Romam beneficio CAELESTINI GAIJANI Archiep. Thessalon., REGIS nostri a sacris, Gymnasiarchæ meritiss. atque eruditiss., versionum Persicæ, Armenicæ, Illyricæ, Aethiop. cum Graeco & Syriaco con-

in Josephi CHRISTIQ. ascia consensione sint dubitatur. Et quidem , ut sub uno aspectu universa proponam , antiquorum in ea quaestione scripta rimari ( quamquam & id abunde praeflitimus , & ea quoq. parte penes asciam Victoria stetit ) vana era diligentia . Nam quis umquam de Pauli , quem Lucas Act. XVIII. 3. εκπονοῦτε τὸ τέχνην ταβernaclarium fuisse palam testatur , artificio veteres consultum ivit ? Et antehac quidem de Divinac familiae opificio aevi nostri critici follemine illud non liquere pronuntiaverant ; necdum enim in Τέχνῃ veram notionem inquisitum tuerat . At olim in toto , qua latissime patebat , Graecae facundiae orbe ( ut & totas Syriaci ritus Ecclesias taceam ) nemo unus exstitit , qui addubitatet , nec modo Christianorum , sed ne gentilium quidem ; quippe hi CHRISTVM χλωρίους , modo τὸ τέχνην γένος , modo & ipsum Τέχνην appellabant . Ceterum quod Latinorum nonnulli de CHRISTI patre sic , tamquam de ferrario artifice , sunt locuti ; id vero illi non ex antiquorum traditione hauserunt , sed ex notione vo- eis FABER , quae quarto , & sequentibus saeculis passim recepta erat : quum contra quo primum tempore Evangelia Latinis auribus commissa fuerunt , eo tempore eadem Latina vox sine adjectione , ad Τέχνῃ notionem ἐνοτανδάνη enotandam maxime idonea Plinio & aliis non poenitendis auctoribus visa esset . Tametsi ceteroqui nullum umquam tempus fuit , quo vox FA- BER τὸ τέχνην notionis exuerit , & quo pro variis additamentis non varia opificia designaverit . Tanti profecto critica disciplina & vocum potissimum scientia est ad veterum non modo exterorum , sed & Divinorum scriptorum sensa perscrutanda . Atq. haec satis , optime TANUCCI , sint : ne , dum id labore , ne Divinas litteras profitenti mihi Theologi stomachentur , quasi qui in Asciae argumento levissime consenserim ; nunc etiam in hac , prope dicam , DIVINA ASCIA nimius ( 350 ) ( immemor τοῦ αρετούς ) videar .

Imo

( 350 ) Plane , ut quod res est fatear , mantissam hanc jam typothetae manus expertam , sed nondum prelo commissam , ubi voluntate mea longius progressam animadvertissem , iterum erat nonnisi multis partibus multilam prelo tralere , siquo pacto morofae διαγραφας amoliret offendicem . Id dum aggredior , vix pe-

bilis Francisci Galluppi ( philologi summi , quantum Graece , quantum Latine extat , in numerato habentis ) auctoritas intercessit ; quum diceret , ea , quae , indicta aliis , e tenebris primum eruuntur , οὐαλιγς διατίπερ obrundi posse , imo & debere , nonnulli cupidis usui aliquando futura . Cui non poterat sine piaciō non pareri .

**I** Mo hae sunt, perferentissime mortalium BERNARDE TANNUCCI (quo enim alio vocabulo tecum utar, non reperio, cui epistolam pollicitus, mox, primum totos Afciae annales, deinde & *curas* nescio quas *posteriores*, postremo & Auctaria duo fastidienti ac prope aversanti ingessit exorsus adhaec & Afciae *traditoris*, nisi recitanti ravis intercessisset) hae, inquam, sunt appendices illae duae, per quas morari te tantisper volui dum Fratc. Car. Conradus V. C. (cujus Parerga a duobus tribusve viris amicis mihi jamdiu promittuntur) de Germania adventaret. Verum ille domi se continet; suisque se hypocaustis obliterare potius habet, quam foris algere, & longo ac pruinoso itineri se committere. At euidem spe tamdiu frustratus, possem tamen alias ex aliis moras necundo, dieni dicendo exigere, quo usque Conradiana illa ad manus essent. Quid enim? an non restat adhuc de ACTIA NICOPOLI is, quem sup. pag. 114. not. 141. me daturum recepi, commentarius bene longus (qui quidem jam ante hos dies prescriptus, in forulis desidet) persolvendus? Restarent & alia quaedam ex hujus Afciae occasione ~~addegeta~~, eaq. vel concepta, vel ruditer informata. Postremo restaret monumentorum sub ascia dedicatorum recessio, praeter illa, quae passim tota hac epistola insperimus. Verum, ut ille ait, *in publica commoda peccem*, Si longo sermone morer tua tempora. Quare & Actia Nicopolis, quamvis prodire gestiens, & quae affecta nuper dixi, nonum premantur in annum, per me licebit, potius quam te jam diutius, TANNUCCI, teneam. Postremo non deerit industrius aliquis, qui ex Grutero, aliisque inscriptionum thesauris monumenta sub ascia dedicata, siqua forte heic deerunt, in unum collecta huic opusculo adtexat. Omnino enim in magna apud te gratia me futurum speravi, si darem hoc tuis publicis occupationibus, potius ut promissa omittendo, fidem fallerem, quam te jamdiu delassatum, ad ultimum enecarem. Nam de Conrado, quandoq. is remittente frigore in viam se dederit, postea videbimus. Vale. Kal. Decembr. An. CIC 1900 XXXVIII.



## ADDENDA aut. MUTANDA.

Pag. 6. ad finem not. 3. adde. Verum deinde observavi, eamdem hanc inscriptionem, quae Rivalio prae oculis fuit, sic a Pandulfo Prateio ( quem mox in hisce addendis XXXviratui addam ) afferri lib. IV. Jurispr. Ves. ut & auctor sit, & in numero anhorum habeat XVII.

Pag. 8. not. 5. col. r. post vers. 7. adde. Ceterum quid incidit, cur Pierius Valerianus ( vir tetroqui aperte criticus ) pro DEDICAVIT legerit DEDI. VETVIT? aut si *ad dicitur?* Equidem ex lectione schendarum, in quibus litterati lapides describuntur, comperti viros doctos dum non ad lapidem verba extirberent, sed memoriae confisi, domi deinde suae illas titulos in adversaria referent, saepe vocabulum aliquod cum suo synonymo communasse. Itaque five Pierius, five is, ex quo habuit, dum lapidem viseret, credidit, *ad DEDICAVIT* in duo dispendium fuisse DEDI. GAVIT. His jam duobus verbis in memoriae thesauro recenditis, mox domi sua pro GAVIT substituit ejus synonymum VETVIT. Atque haec est origo Pieriani *trapacear*? quod aliquis ex Treccolini IIIviris (Aenetus, puto: v. s. p. 55. & not. 64) pro legitima scriptura lapidis habuit.

Pag. 9. post vers. 14. adde.

#### V. FRANC. BALDVINVS.

Verum ab iuris. oris, ad eosdem redeo. Franciscus Balduinus in leg. XII. tab. ( pag. 81. edit. Paris. 1554. ) legem sic concipit: HOC PLVS NE FACITO. ROGV MASCIA NE POLITICO. Ad quae sic commentatur: *Rogum ascia poliri curit veterani, significant, ea ligna, quae ad construendum rogam comparabentur, dolari perpoliri queat ad aedificare non debutus.* Deinde laudatis Papiniani, Marcellique de funeri monumentive minuendis sumbris quibusdam sponsis, haec subjicit: *Porro monumentum ipsum Ascia perpoliri posuisse, & dedolari, ipsae quoque veterum sepulcrorum inscriptions reflectantur, quibus sub ascia dedicata-*

rum, vel posicium sepulcrum saepe legimus. Illud potremo non diffundat, multa de sumtu & ratione funeralium fuisse in XII. quae integra describere non licet, quia Cic. obiter prima tantum eorum verba attingit, utpote vel puerisunc nota.

#### VI. PARDVLPHVS PRATEIVS.

Paucis post annis Pandulphus Prateius in Jurisprud. Vetere (quam anno 1559. in lucem emisit) ad leg. XII. tab. sic posuit: *Lex XII. SVMPTVOSA FVNERA ( pro HOC PLVS scilicet legit SVMPTVOSA FVNERA ) NE FACITO: ROGV MASCIA NE POLITICO. Transtuler quoq. banc ex Solonianis legem ( non sed est imitatio legis Lycurgi: vide pag. 161. & seq. ) ut ex eod. Cic. lld. Leg. 24. liquet ( sed ibi Cic. dixit FERE & de quo *magis* memini distinxisse ) quam interpretatur idem. Plut. in Sotione sumptuosa & lavacra stabiliarium funera octante . . . Rogi Regna Africæ dolari, polri veterani leges. Erat autem Ascia, quae Graecis Aeglo dicitur, dolanda instrumentum, cuius forma in Lugduni in antiquis lapidibus vidimus, SVB QVA dicabant veteres. Lugdunensis Dei Maribus: quadam vicinissim ad eadem D. Magdalenae sacram ad suburbium. D. M. ET. QUIETI. AETERNAE. EUTYCHIANI. FILI. DVLCISSIMI. PIENTISSIMI. PRUDENTISSIMI. REVERENDISSIMIQUE. QVI. VIXIT. ANNIS. XVII. M. I. D. HIL. ROMANVS. PATER. PONENDVM. CVRAXIT. ET. SVB. ASCIA. DEDICAVIT. Haec ibi Prateius. Inscriptio quanta ad D. Magdalenae afferit, est illa eadem, quae a Rivalio indicatur.*

Idem Prateius in Lex. juris edito anno 1567. Ascia in XII. tab. & in antiquissimis epigraphis quae vidi in lapidibus vestigiorum, erat dolandi instrumentum cuius forma in Lugduni in eisdem lapidibus vidi. Graecis alio dicebatur. Verba legis XII. tab. haec sunt: SVMPTVOSA FVNERA NE FACITO: ROGV MASCIA NE POLITICO. Hanc explicitu lib. Yesteris jurisprud. 4.

Pag. 11. initio adde ( & quidem cum nostra num. VIII. nam modo Balduinum & Prateium XXXviris adjectimus.)

### VIII. IVSTVS LIPSIVS.

Per haec maxime tempora sumus ille ~~decessor~~ Lipsius vixit, an. 1006. extinctus, annos natus 58. Quem mirabar si nihil de hac formula chartis illevisset. Tandem in inscriptionum Gudii indicibus cap. XV. pag. XXXIX. sic adnotatum reperi: *Jac. Matellius Metellus scribens adjussum Lipsum quae- fuit, quid significaret illud, quod in monumentis veteribus inscriptum esset SVB ASCIA DEDICARE. Habet epistolam Metellinam LVII. loco, volumen epissolarum Lipsi, & docto- rum virorum ad eum, quod debe- mus curae Perri Burmanni. Hanc Burmanni collectionem videre non contigit. Siquid vero Lipsius Me- tellis de ea formula rectripit, pes- simo reip. intercidit.*

Pag. 15. not. 20. ad fin. vers. 2; adde: ut & principem Gutherii edi- tionem Parisiensem.

Pag. 28. col. 1. in not. (d) ver. 2; post DVLCISSIMVS. SORORIVS, ad- de. Sed tamen DVLCICIVS rectum videtur, ut sit *Διανοεστιν* a Duis- tis; nisi fuerit in marmore DVLCICVLVS, quo utitur Cicero.

Pag. 32. ad finem not. 32. adde, Praeter recentias modo inscriptio- nes, & eas, quae paullum hoc libro producuntur, in pauca, alias casu mihi obvias factas; quas & ordine alphabetico nominum (non praeno- minum) quae prima ponuntur, heic ad teximus. A Ligorianis ( eae sunt num. quinq. ) sed & suspicitionem non amolior. Notum est hominis inge- nium, placentis sibi in hujusmodi fabricis.

1. Ligoriania Lugdunensis apud Gudium p. 340. 8. Aemiliae. P. F. Docu + miae. libertae ( si erat Publ. filia; eadem ingenua, non liberta erat ) pienissim + ae. et. M. Aemilio. Ma + uro. libero. vivo. fe + et. et. sub. ascia \* dedicavit + Aemilia. Calid \* posuit.

2. Ligoriania Ferrariensis ( diffi- cile est, Ferrariae eam formula

dedic. sub asc. repertam suisse) apud Gudium pag. 316. 1. Biss. Aemiliae sacrum \* ( SACRVM abest ab in- scriptiōnibus sub asc. ut dixi p. 247. not. 285. ) et. quietate. aeternae \* L.

AVRELI. L. L. Porphyron + vixit anno LXVII. \* M. Aemiliae. L. L. Her- ros \* fecit. et. sibi. et. \* suis paffens + et. sibi. vivus. posuit + curabit. et. \* sub. ascia dedicata \* vii. IN. FR. P. XII \* IN. AGR. SIT. EST \* PED. XVIII. \* apud. naval. Interammat \* Nabat.

3. Apud Scip. Masselium in Gall. Antiq. iel. p. 22. Lugduni. D.M. \* Q. Capitonii ( est patrus calus a Ca- pitonius, non, ut putat Mass. da- tatus a Capito ) Probaui \* Senioris domo Rom + ILLI. vir. Aug. Lugdu- dum + et. Pateolis \* Naviculario Mari- no \* Nerius & Palaemon + liberta\* patrono \* quod sibi vivus insti + suis posterisq. suis + et sub ascia dedicavi.

4. Apud Grut. 770. 9. Lugduni. Adelt aetia Gruterianam infra n.6. D. M \* Et. memoriae. aetet \* CL. Messoris. et. FL. Dionysi + dis. con- jug. quae. sibi. viva \* posuit. utris- que. quae \* vixit. sine. nulla. qu. rel. + la. quae. fuerat. felix + sar. segun. plena. dol \* oris. quae. filios. \* dua- caruis. augus \* unius. nati. mortuus. non. interfuit. ion + geque. peregrē + que. mater. ORFANA \* ( Oppardo Hesychio non tantum genitoribus orbatus, sed etiam filiis. Plut. ορφαρά τέκνων, Plato ορφαρά τα- δερν καὶ σταλπερ dixit) viva. sibi. et. suis \* posuit. et. sub. ascia \* dedi- cavit.

5. Ap. Grut. 771. 1. Augustae Taurinor. D. M \* Tl. Claud + Pro- cel. + Tbyrsa. ux. \* Aquilina + con- jugi \* incompara. \* bili. Scalpitur superne instrumentum dolabrae, quam asciae, similius.

6. Grut. pag. 649. 4. Lugduni ex Paradino. Inter D. & M. adest ascia Gruteriana in hunc mo- dum. De M \* et. memo- riae + aeternae \* T. Fla- vi. Felicis . . R \* artis. lentiariae. qui . vixit + anni. XX. M. VII. \* Bl. Marius. K . . \* et. Mer- cilla . . ill. . . ( fort. Mer- cilla ) ma + per. filio. ka-

*riffimo \* et. fibi . . . . ut \* h.e. fe-  
cerunt aut pon. curarunt. Deinde  
sequebantur in lapide ad finem mu-  
tilo formulae verba , uti conitat ex  
ascia scalptura .*

7. Apud Malvaliam pag. 406. ex  
schedis Vatic. Adeit inter D. & M.  
acisculi ( qualis in nummo Valeria-  
no) forma talis , sed  
adeit formula. D.M\*

*Furiæ. Quintæ. fe-  
cit. Lar \* cius. Mer-  
curius. conjugi \* B.  
M. vix. an. XXXX.  
fibi. Iuss. lib + liber-  
tabusque. posterisque \* eorum.*



8. Apud Masselium ibid. pag. 75.  
Lugdum in sarcophago . D. M. \* L.  
Hilariani . Cinna \* mi. civ. Lug-  
naut \* Rhodanico. Rōg \* dani. navi-  
gantis \* curatoris. ejusdemque \* cor-  
poris. negotiato \* ris. Q. Har. . . . .  
Q. Mas \* petius. Severianus Q. \*  
Ser. . . . . \* beredus. P.C. et. Sud \*  
nscia . dedicaverunt. Fuero iubus  
miraculo esset illud Rhodanico. Rhod-  
ani , quasi vero Rhodanicus Sequa-  
nae aut Garumnae esse possit. Dein-  
de quo illud navigantis? Ab ultimo  
ordior ; quod ad Rhodanum resero .  
Erat Noster curator nautarum Rhod-  
anicorum Rhodani navigantis, h.e.  
navigabilis, nim. sermone idiorum.  
Sane navis , quae saepe in jure no-  
stro navigare dicitur (velut in na-  
vis navigi , quandiu navigat &c.)  
eadem quoque & navigatur , ut l.i.  
§. 2. D. de exercitoria , ubi legitur ;  
qui navis naviganda causa in nave  
junt : quae locutio & alibi saepe  
occurredit. Hinc & flumen navigabile,  
idem sermone vulgi etiam navi-  
gans dicebatur. At , inquis , inepte  
dicitur quis nauta Rhodanicus  
Rhodani navigabilis , quasi vero &  
arabilis aut equitabilis Rhodani nau-  
tae esse potuerint. Verum Rhodan-  
nus , qua parte navigabilis erat ,  
navibus permeabatur ; qua secus ;  
tamen lenunculis & piscatoriis  
navigiis ; minutisque actuariis adi-  
batibus ; quae non tam navares ,  
quam discurrere & ludere dicuntur.  
En quo RHODANI NAVIGAN-  
TIS . Noster curator nautarum (ja-  
kos nautas intellige) non lenuncu-  
lariorum erat.

9. Ligorianæ Lugdunensis apud  
Godium pag. 244. 13. Memoriae C.  
Julij. Ale \* zionis. Vitalis. five \* A-  
lexandri . qui . vixit \* annis. VI.  
mens. unum \* dies . XI. C. Julius .  
Cari \* cus. panonus. alum \* mo. dul-  
cissimo. posuit \* & sub. ase. ded.

10. Apud Masselium ibid. pag. 74.  
Arelate ( quea defunt in marmore ,  
ubi potui , minoribus litteris sup-  
plici )

C. IVL. POM. . . . .  
COLLEGA FAB rum  
NAVALIVM Corp. i.e. corpo-  
ratorum  
CVRATOR EIVS dem  
CORPORIS ET . . .  
SEVERA VIVI fibi  
POSVERVNT ET s. a. i. e. sub  
ase.

#### DEJICAVERVNT.

11. Apud Grut. 698. 7. Romæ.  
Dis. Manibus \* Cn. Oſillio. Cr. F.  
Quir. Pisoni \* V. A. XXIII. M. IX.  
D. IX \* Cn. Oſillio. Cr. F. Quir. Fru-  
gi. vix. A. XVII. M. II \* Cn. Oſilius.  
Successus . et \* Antonia . Restituta.  
parentes filii \* pientissimis. fecerunt.  
et. fibi. cesuis \* li  
bertis. libertabus-  
que . posterisque.  
orum . Adeit  
asciae icon in  
hunc modum:



12. Apud Masselium ibid. pag. 58.  
Augustoduni . Q. Secund \* Quigoni \*  
cicias Trevi . \* Ii:ii:ii vir Augus \*  
talis in Aeduis \* consistentis \* omnib  
bona \* rib inter eos \* fonsli. Qui-  
ga \* ni Secundus \* & Hibernalis \*  
liberti et ne \* red patrono \* optimo  
sub af \* cia dedicaver \* EDIXDO .  
Magis est , ut iis , qui ultimo ver-  
su ( detro ibi lapide ) legebant  
LDEXDO h.e. locus datus ex decre-  
to ordinis , assentiar ; quam Masselio  
prius illud EDIXDO interpretanti  
Et de ipsorum denariis dotaverunt  
optime , quod antiquitate non sapit.  
Pars epigrammatis hujus produc-  
ta fuit p. 219. ad finem net. 257. Ibi  
QUIGONI dandi casu positum esse  
dixi . Quod si quis contendenter esse  
restum plurale , non repugnat ;  
ut sint QUIGONI duo , nim. SE-  
CVNDVS ET HIBERNALIS . Fort  
enim a Quigone patrono-liberto novo

enome,

more, derivativo nomine oſſegonis  
sunt appellati.

13. Ligeriana Lugdunensis apud  
Gudium p. 310. 6. D. M. et memoriæ.  
Severæ \* L. Rollio. d. se-  
bene mereti \* posuit. et sub. aſc. dedo.

14. Apud Grut. 3037. 7. prope  
Viennam Allobrogum. D. M. et  
memoriæ. aeternæ \* Soccbiae. En-  
neatis \* dulcissim. et. super. de \* in-  
tem. ingenio. nobis \* hifimo. qui. vi-  
xit. ah \* . . . menses. VIII. D. XXIII. \*  
L. Boconius. Polin. pa \* ter. et. Al-  
pia. Castina. ma \* ter. parentes. in-  
felicis \* simi. repentina. bujas. a \*  
missione. orbasi. fitto \* Karissimo.  
unico. præs \* ch. D. S. aetatem. fibi.  
erupto \* et. sibi. vivi. posteriorisque \*  
suis. po. et. sub. aſcia \* dedicaverunt.  
Cujus pulcherrimæ inscriptionis  
indictum mihi nuper. fecit vir  
amantis. eruditio & pietate  
illustris. Julius Tornius Cathedr.  
Eccles. Neap. Canonicus. In qua ver-  
su tertio malui. Enneatis. legere  
cum Verderii schedis. quam cum  
Bofco Excedig. Posteriori hoc femininam  
formam habet; at Soccbiae  
five. Socchias ille mas erat. Illae  
duae singulares P. S. veriu quarto  
ante finem, in Gruter. indice notarum  
exponuntur Per. Senilem. Sed quis  
credat. Senilem littera singulare  
scriptum? Fort. P. S. est post suam  
autem (i.e. ubi jam consenuissent)  
Socchiam ereptum fuisse.

15. Apud Grut. 321. 6. Lugduni.  
Inter D. & M. est aſcia Gruteriana.  
D. M. et. memoriæ \* aeternæ \*  
Succiae. Antibidis \* quae. vixit. an-  
nis. XXV \* M. XI. D. V. quae. dum \*  
vixit. pia. fuit. facta \* et. i. Npia.  
et. Attivo. Pro \* batiolo. Cerealius.  
Ca \* lissio. conjux. et \* pater. . . .  
et. sibi \* virius. ponendum \* cura-  
vixit. et. sub. et. cia. dedicavit.

16. Ligeriana Lugdunensis apud  
Gudium pag. 139. 6. D. M. et. memoriæ.  
aeternæ \* C. Tertivianu.  
Illi. V. Fab \* Aug. Patrono. Fabr \*  
Lugduni. confit \* animi. Cossi. dul-  
cissimi \* Tenthinis. Ofrei. . . . \* Leg.  
ter. Vrxius \* Filius. ponendum. cap \*  
et. sub. aſc. dedi. Ubi multa vides  
tum corrupta rum modis manifesta.

17. Apud Grut. 394. 5. Viennæ

Allobr. Inter D. & M. adeit aſcia  
Gruteriana, qualis supra num. 6.  
D. M. et. memo \* riae. aeternæ \*  
Veteride. Merceri \* ae. quae. vixit.  
an \* XXVIII. M. HIL. D. XXI \* Fer-  
teria. Casiola \* Pompeia. ( Mor  
quinque versus antiquitate ferme  
evanuerunt) Emione. posuend \* cu-  
rauerunt. et. sa \* b. aſcia. dedicar.

Pag. 43. ad finem nos. 40. ad-  
de. Postquam haec edideram, faro  
tandem deprehendi, ad calcem Ma-  
billoniana epistolæ scribi, illam  
datam Knl. Novembr. an. 1697. Ita  
triennium detectæ inscriptionis  
optime Mabillonio constat. Cetero-  
rum, quod in ea epistola Mabillo-  
nius Fabretum citet, ferius edi-  
tum; id argumento sit, aliquam-  
din. Mabillonum suam epistolam  
presesse, antequam eam evulgeret;  
interim vero illam, uti sit, aliquot  
locis locupletasse.

Pag. 46. ad finem nos. 54. sic ad-  
de. Postremo quod dixi LOC. LIB.  
interpretandum esse Locus liber, du-  
bitare me non sinit. Lusitanus lapis  
apud Grut. 903. 12. qui sic habet:  
Qfa. L. Bacchii. L. P. fūliti \* fer-  
copb. heic. posita. sunt \* ad. LOCVM.  
quem. ipse. viv. emis \* LIBERVM.  
LIS. ABEAT. PROPE \* SACELL.  
NEPTVNI. Illud LIS ABEAT  
(quod tamquam intra parenthesim  
positum, est intelligendum) fatis  
commodè tum ad Liberum a ſervi-  
tute, tum ab obliuione, tum etiam  
a religione referri potest. Atqui haec  
inscriptio Lusitanæ dumtaxat nota-  
rum interpretationem (ut nim. LOC.  
LIB. sit locus liber) firmare; ceterum,  
quo liber, non satis docere voleba-  
tur. Verum non est dubium, quin  
L. Bacchius, quando LOCVM LI-  
BERVM emis, nec servituti, nec  
obligationi, nec religione obnoxium  
emis: nam si quocunque horum  
nexu locus tenebatur, liberum non  
emisset. Similiter locus Caſoniacæ  
Donatae, antequam ea inferretur,  
tribus illis nexibus tunc quidem li-  
ber erat. At, inquis, post illatam  
Caſoniam, jam tum certe religione  
tenebatur, quia illatis reliquis lo-  
cus religiosus fiebat. Ne tum qui-  
dem fortassis religione tenebatur.  
Cur?

*Cur?* Vide heic sup. & in *Curis post.* cap. 4. num. II. p. 235. & seq. Neinpe si Caesonia temporis gratia ibi condita fuisset, tum locus liber erat religione. Verum, ut fatear, illud LIS ABEAT ( quod modo ex Grut. 903. 12. posui ) suadet ut etiam heic ~~ad~~ LOC. LIB. non intelligatur nisi de nexu antecedente emitionem ( pura obligationis, servitutis, aut religioni praecedentis ) non de subfuscente illatas reliquias.

Pag. 55. ad fin. not. 64. addes. Ceterum quibus gradibus five Pierius, five alias descriptor prius ex DEDICAVIT fezerit DEDI CAVIT, deinde memoriae confusus ~~re~~ CAVIT substituerit VETVIT, dixi supra in Addendis ad pag. 8.

Pag. 90. ad finem not. 113. addes. Verum deinde in *Cur. poster.* cap. 2. II. 3. ubi de *Aegly*, ostendimus, huic Graeco vocabulo Latinum Dolabrae respondere.

Ibid. ad finem not. 114. addes: Asciam Fabrettianam ad Menetrierianam esse referandum, deinde ostendi pag. 213. not. 252.

Pag. 91. ad fin. not. 115. addes: Non quadrat; siquidem SVB ASCIA idem est, ac dum fervet opus fabricae; ut deinde ostendi in *Cur. post.* cap. IV. p. 228. ad finem n. I.

Pag. 105. col. 2. ver. 34. post ejusd. rei vocabula addes: Polstreme & *Albarii* in Cod. Theod. sunt iidem ac quos Albianus & alii *rectores* appellant; quos vulgo nos dicimus *Stuccatori*. Cur *Albarii* dicuntur? an quia *marmoratum* idem ac *albarium*? non: verum quia qui marmoratum inducunt ad extremum & iidem puram calcem illinunt. Ab eo scil. quia *Albarium* ultimo inducunt, *Albarii* sunt appellati; eoque distinguuntur ab ineditinariis, mufearis, sculporib. quadrataris &c.

Pag. 117. quae tota col. 2. dicuntur ea resagi posunt ex *Cur. post.* ubi de *Ascia foiboria* pag. 197. & 198. & not. 241. ubi totus is *Palладии* locus illustratur.

Pag. 118. col. 1. ver. 11. dele verba illa: & saepe monimus *Aegly* primaria significacione esse asciam) & eorum loco scribe sic: modo verum sit *Aegly* esse *Asciae* vocabulum, ac

non potius *dolabre*; quo<sup>1</sup> in *Cur.* poster. disceptabimus; affert &c. Nam ubi de *Aegly*, demonstratum est; banc proprie dolabram significare, v. p. 100. & ad finem *Aegly* p. 171.

Ibid. ad finem not. 146. addes: Ceterum duplex instrumentum, quod in Hexafti-cho Decimi pag. 128. scalpitur, potuit ascia foiboria fusile. En schema instrumenti illius.

Ibid. post finem not. 147. addes: Antinoriani in monumenti geminum planeque germanum, & quidem dividens, quod in schedis habebam, necio quo fato praeterieram; quod in villa Cartufianorum, quam Litterni in Campania possident (hoc an superiori anno) detectum, suppeditavit mihi vir amiciss. Jac. Martorellius, Regius Graecae linguae professor: quod tale est.

HVN. MVNIMENTVM.  
IN. FRONTE. PXIM. NAGRO  
PXVI. ASOLO. EF. ABASCIA.  
AELIA. ISICENIATI. CL.  
ZENATI. MEMORIAM.  
MARITO. SVODV. CISSIMA.  
EΓ. SIBI. LIBRETIS. LIBER  
TABVS. QVES. POSTERISQVE

\* EOKVM. FECIT  
In quo praeter lapicidae menda, non nihil etiam de suo quisquis de scriptis, peccavit. Nam ab altero versu sic ea epigraphe est corrigenda. IN. FRONTE. P. XII. IN. AGRO. P. XVI. A. SOLO. ET. AB. ASCIA. AELIA. IPGENIA. (pro Ipbigenia) TI. CL. (heic supplendum est alterum L. ut sit Tiberis Claudi Libertas) ZENATI (dandi calu a Zenas; atque is Aeliae maritus erat). tum quae porro sequuntur, facilius a quovis emaculari possint. Vides in hac epigraphe duas locutiones *κατ' απεγνωστιν* inculcati. A. SOLO. ET. AB. ASCIA. Quo minus dubitandi locus est, quin verissima sit interpretatio *Ab ascia*, quam in ciruli Antinoriani explicatione protulimus. Rogo Cartufianos Monachos, uti tantum elo- gitum, *Asciae* clementiae testem sanfte ac religiose servent.

Pag. 123. col. 2. ver. 15. dele sequentia verba: Quae sola, ut alibi dicam, antiquitus noscebatur. Ergo cumque loco scribi posset: quae celebrior erat ascia lapidaria hinc ita storia: nam fossoriam nihil moror.

*lb. ad finem eiusdem adnotacionis* pag. 155. addit. sic. Verum hic Plauti locus ex Aristophanis Equitibus lucem mirificam haurit: quem locum produximus in Mantissa Post. pag. 273. col. 1. & 2. quem confer.

Pag. 129. col. 2. ad fin. nos. 165. addit. idque passim in monumentis reperias.

Pag. 131. col. 2. ad finem nos. 166. addit: Ut ecce in hoc ipso οἰκεῖον in sexto pentametro illud SVPPREMIQUE cum duplice P non errore, sed consilio scriptum sit. In Festi Fragmento in voce SVPPREMVM, pluries id vocabulum cum gemino P scribitur. Et quidem in Fulvii Ursini exemplo semper gemitatur P: at in editione Dacerii (qui fragmentum locis suis cum Paullo pertexuit) his saltem litterae illius gemitatio occurrit. Suppremum modo significat summum, ut . . . Pater suppremo belli &c. In Paullo quoque suppremum ibid. scribitur. At nostrum hoc οἰκεῖον. Felti δημοκράτης satis opportune confirmat. Atque ex duplice hoc specimine (ex I & SVPPREMIQUE) intelligitur nostrum οἰκεῖον affectasse αρχαιοτέρως.

Pag. 140. post v. 9. addit. Potuisse heic adtexi MVRATORIVS ITERVM (h.e. ejusdem defensio Dis. II. Ascia sepulcrali [quam sup. integrum dedi] adversus Mafici Observations) si Muratori Novus thes. inscription. cui ea defensio inferitur, in meas manus incidisset. Ceterum defensionis hujus ex Nuntiis litterar. Florent. mihi modo fecere indicium duo eximiui rei mathem. cultores, Barthol. Integrius, & Reg. Prof. P. Joseph Orlando. Quemadmodum & Paulis ante aliquot menses Canonici Le Boeuf da dedic. sub Asc. dis fert. evulgata, & nuper alteram a Benedictino Jac. Martino (quem audio verum auctorem esse Operis de Relig. Gallor.) intelligo. Quor. opusculorum. ( quando aliud non possum).

indicio saltem Cupidos demeruisse satis habeo.

Pag. 141. quie ad finem col. 2. dicuntur, conseruantur cum pag. 132. nos. 266.

Pag. 145. not. 192. dele quatuor primos versus ejus adnotacionis usq. ad CONSECRÓ: quia haec endere Gruerianus 807. 12. max producit p. 146. versu 1.

Pag. 156. v. 1. post CONSECRÁVIT addit: Adde Grut. 617. 26 Ollis. quae. consecratae . . insunt. &c.

Pag. 157. v. 25. post dicebatur addit Ovidii pentametrum (ubi Fungor eadem notione usurpatur) qui a beic incogitanti mibi omnibus, inf. p. 234. nos. 273. in medium adducit or.

Pag. 159. v. 5. post eademque adds (uti putant).

Pag. 160. post finem nos. 209. addit Verum miror, non notasse Eustathium, si voci οἰκεῖον activa significatio tribuitur, tum vero scribendum esse στέγανον penacutum; ut λιθόστρογγον, & si qua sunt alia.

*Ibid. ad finem nos. 210.* addit: Nec aliud significat apud Arrianum Epizeto IV. 8. aut in Protesvangelio S. Jacobi, ubi de S. Josepho οἰκεῖον οὐτεπονος (quae duo loca infra p. 296. n. 347. c. 1. producuntur) eti. etrobique ininterpretes secundim reddiderunt.

Pag. 162. ad finem nos. 213. & pag. 164. col. 2. circa medium, quas in eam sensentiam dicuntur, ut rogi Xviratis ligna non tantum ἀνθετάσσα, verum & ἀφυσά, & ea. τελευταὶ οἰκεῖον εἴσε debuerint; ea sunt supervacanea. Satis est ἀποκέντρων fuisse, et si fort. (quod rāmen haud facile crediderim) τελευταὶ effēt. Ali ceteroquis in contingente Laconica, nego signa τελευταὶ fuisse: γραπτά erant: alioqui quo illud Leotrycidie dictum? Ergo ibi τελευτae ad manus erat ad amputandum tantum, non erant ad exteriora detrabendum, & ligna in quadratum sudister informanda. Ex his paucis refingenda sunt, quae dīstis duobus locis posita fuere.

Pag. 170. v. 2. pro fine dolabra scribe sic: fine potius dolabra.

Pag. 170. ver. ult. post locum Pallucis; addit: Similis est Polyaen-

ni locus I. Strateg. 28. 2. Elagyrus  
Selinuntius nō adhuc apud aīcīm  
aīxōmūs nō tēpōdēmūs dām nō tēpō  
nōdēmūs nōdēmūs. Educit (The  
gōn servos Selinuntiorum) salicibus,  
bipennibus, & dolabris instruētis  
sanquinem qui materialē ad ustrinans  
est cadaverum caesum irēns. Vides  
heic plane aīxōmūs a tēpōdēmūs bi  
pennibus distingui. Atque ea torta  
causa interpreti Vulteo fuit, ut  
Polyaeni aīxōmūs aīcīmūs interpretata  
tur, maxime quum sic soleant  
Lexicographi redilere. At quo heic  
aīcīmūs ad arbores ne praecidendas  
prosunt inidoneae ad id opus erant.  
Nee aliud relinquitur, nisi, ut ro  
gas aīcīmūs poliressur. At credibile ne  
est, Selinuntios in tanta tunc se  
pulcræ suorum bello occisorum  
maturatio, atque ab hostibus ince  
tu, de rōgo aīcīmūs poliressur cogitasse  
Verum ne multa. Sane enim &c.

*Ibid. ad finem nos. 223. add:*  
Cur autem Aīxōmūs cognomen ex Ae  
lianō fixatum in Laide arguebat?  
Schefferus aliquando conjectit legendū  
esse Aīxōmūs i. e. subospitatis,  
maxime quum Aelianus XIV. 35.  
eadem hanc de Laide iidem verbis  
repetens, aīdat: aḡ ūt̄ wād̄ s̄ap̄d̄  
m̄, n̄ ūt̄ m̄d̄w̄ wād̄ ūt̄ ZE  
NON, d̄m̄ aīxōmūm̄ ūt̄ ūt̄  
quod multum, maxime a peregrinis  
escaperet &c. Sed hanc deinde conje  
cturam (apud me certe non ineptam)  
abjectit, fractus auctoritate Reinesii  
putantis Aīxōmūs esse bipennem, ex  
loco scil. Helychii, qui sic legitur:  
Aīxōmūs, d̄l̄s̄p̄ ūt̄ ūt̄. Sed jam  
modo (pag. 368. col. 2.) demonstra  
vimus, Hesychium sic esse diutin  
gendum, Aīxōmūs. Aīxōmūs ūt̄ ūt̄  
m̄; & Aīxōmūs non bipennem esse,  
sed dolabram. Ergo si me audis,  
nulla sit hac melior tentatio, quam  
quaer a Scheffero abdicata fuit. Nam  
Aelianus ipse, cur ea meretricula  
Aīxōmūs diceretur, explicitit, quod  
ilia parum se aeqnam marsupiis,  
praefertim ūt̄ ūt̄, præheret.  
At quaerunt, quo pacto uterque  
Aeliani locus vitiani ponetur, ac  
prior diphthongi vocalis excidere.  
Quia, inquam, olim etiam Aīxōmūs  
i. e. de abra cum diphthongo Aīxōmūs  
scribebatur (confat id ex marmore

bus, in quibus pro 1 longo millies  
a reperitur) ex quo siebat, ut qui  
ex Aeliani antiquioribus codicibus  
suis recentiores transfunderent, pu  
tarent illud Aīxōmūs (quod ex  
Auctoriis mente ex A & ZENOZ  
erat compositum; sed tamen inio  
litum voc; maxime terminatione fe  
minea) non aliud esse quam dolab  
ram; proindeque ut veterem ūt̄ ūt̄  
ad recentiorem refingerent,  
priorē diphthongi, tamquam ei  
vocabulo non necessariam, ab  
cerent.

Atqui, inquis, isto modo Ar  
temidorii ad Laidis cognomen allu  
sio desperit. Minime vero, inquam,  
Diversae, opinor, erant dæo co  
gnomenta sententiae: Aeliani us  
auctore Arioph. Byzantio, ab in  
bosipatī ingenio arcessentis (cui fa  
vet Plinius sic scribens: Ponit Eu  
xinus, ante ab INHOSPITALI  
PERITATE [ea est Aeliani ūt̄ ūt̄  
m̄, quam isti Aīxōmūs tribuit j A  
xenus appellatus est] Artemidorū al  
tera, qui rultici instrumenti signi  
ficatiōnem ei vocabulo tribueret,  
& ab Aīxōmūs duce derivaret. Ac li  
berum erat utrumvis sequi tamen  
quum utrumque vocabulum cum  
diphthongo scribi soleret.

Pag. 171. ver. 25. pag. suisse add  
int̄a parentibes (confer quae mo  
do de Aīxōmūs longiore manumissio,  
quam ūt̄ ūt̄, ex Eustathio no  
tavimus: & quod ūt̄ ūt̄ ad praeci  
dendas arbores ad manus erat, ad  
quod ūt̄ ūt̄ ūt̄ ūt̄ inutile)

Pag. 174. ad finem nos. 228. add:  
Sed redeo ad Platitium OSSE FIN  
NI, quod nuper ex A. Gellii I. 3.  
luculenter comprobari deprehendi.  
Hoc ita ipsum est, quod maxime  
discendum est. QUATENUS QUA  
QUE FINI dati amicitiae venia de  
bet. Ubi male quidam, quoque si  
ne, contra scriptos & editos, Run  
sus ad finem capitit: HAC, inquit  
(Chilo) FINI ames, tamquam for  
se fortuna oscuras: HAC videns  
TENUS oderis, tamquam fortasse  
pot amarituras. Quo etiam loco il  
lud bac fini varie interpolant criti  
ci, veteribus libris & editis obni  
tentibus. At vides profecto apud  
A. Galium tantumdam suisse Qua  
menus

*SIMUS DE HASTENIS*, quod *qua fini de Hac fini*. Verum quid a Gellio quaestiu-  
m us suffragium, quoniam hoc ipsum  
Festus diserte docuerit his verbis :  
*QUATENVS significat QVA FINE :*  
*ut HASTENVS, HAC FINE.* Eodem  
referri possunt haec Papiniani loca  
apud Britionium in *De verbis signis*. In  
verbo *finis*. *Finis quadrantis compen-*  
*sabitur.* *Dabitis ei compen-*  
*sabitur peculiis fini.* *Frustra hypobecarant*  
*compensarentur fini legitimae usu-*  
*ras.* *Frustris fini reliquae pecuniae*  
*non perceptis.* *Finis virilis partis.*  
Sic enim loqui amabant summum ille  
juris. Nec, si penitus speles,  
quidquam inter Plautinam & Pa-  
piniennes *fines magnopere* intereat;  
nisi quod comicus OSSE eodem casu  
juxxit, tamquam si diceret OSSE  
affilente FINI dedoland: at pru-  
denti nostro regimini, uti vocant,  
construatio placuit. Postremo Itali-  
cum FINO (*fino al' offa*: *fino a que-*  
*nta termina*, h. e. *bacellis*, & *bac-*  
*ini*) ab Latino FINI inanalis, ne-  
mo certe non videt.

Pag. 178. post lin. 8. add. Et  
erat sanc inter munera dolabrae  
tum hoc celebre, ut ea ad conser-  
vandum uenerentur. Vide infra ad  
finem pag. 181. Ergo Altili dolabra  
ad frangendum erat comparata.

Pag. 180. v. 23. post attulimus;  
add: & quod apud Grut. 35. 6.  
legitur. *CENTVRIA*. *CENTO-*  
*NARIORUM*. *DOLABRARIORUM*.  
*SCALARIORUM*.

Pag. 180. v. 24. post *Livianum*  
*PORTAE* add. In dolabra, qua  
ad prouerbiū utebantur, fossoria  
acie in primis ad id valebat. Nam  
in muris & hujusmodi ceteris Grae-  
ci verbum *στρατεύεσθαι*, Latini  
*SUFFODERE* & *PERFODERE*  
usurpabant. Cur? quia ex Dolab-  
rae acie, quae *σφράγιδιν* ad cap-  
pulum erat, aedificia, & vallum  
fossodiebant. Adhaec dolabris syl-  
loge dec.

Pag. 187. extremo versui 15.  
subiecte *banc adoracionem*? Verum  
quae in Isidoro luxata reposuimus,  
vereor, ut intelligantur, nisi ut  
tranque lectionem, & quae nunc  
ostinet, & quomodo scriptum ab  
eo putem, ob oculos ponam. In

veraque quae fulere transposita, pa-  
rentheit concinxi, quo magis in ocu-  
los incurvant, Ibid. XIX. 19. *Item*  
*SECVRIS*, quasi semicirculis. Ex una  
extremi pars acuta est [ ex altera fo-  
ssoria ]. Haec ( i. e. pars acuta ) &  
apud veteres *PENN* a vocabatur:  
utraqae autem babens aciem *BL-*  
*PENNIS* ( cum cetera de pibentis )  
Haec ( bipennis scil. ) & *DOLA-*  
*BRA*, quod bubeat duo libra: nostra  
*SECVRIS* simplex est. *DEXTRA-*  
*LIS* dexteris babili. *ASCIA* ab astu-  
lis &c. Nos sic restituimus. *Item*  
*SECVRIS*, quasi semicirculis: ex una  
